NE tñ. ¶ Totus iste tit. diuiditur in 3. partes principales. Primò ponit, q teneanĩ satisdare, & q non. Secundò, ꝙ illi qui non teneni satisdare, si satisdant, præferunĩ socijs in administratione. Tertiò, q officiales teneantur de satisdatione nõ exacta, vel nõ idonea. Scđa ibi, Sed & si. Tertia ibi, Sciendũ. Item prima subdiuidiĩ in duas partes. Nã primo ponit regulã. Scđò ponit duas fallentias. Secunda ibi, Sed hoc. Aret.
SYL. ¶ Casum figurare non expedit. Ponit n. regula, quæ arctat tutoris ad satis-

¶ De satisdatione tutorum vel curatorum.

¶ Tutores & curatores tenenĩ satisdare, nisi fuerit testamẽtarij, vł dati ex inqsitione.



NE tñ [a] pupillorũ pupillarũve, & eorũ, q quæve in curatione sũt, negocia à curatoribus, tutoribusve cõsumantur, [b] vel diminuantur: [c] curet Prætor, [d] vt & tutores, & curatores, eo nomine satisdent. [e] Sed hoc non est perpetuũ. [f] Nam tutores te

dandum: & assignatur rõ, nẽ consumãtur aut diminuanĩ facultates pupillorũ: a qua excipiunĩ duo casus, videlicet testamẽtarij, & rõ assignatur. quia fides eorũ à patre vel alio dante tutorẽ est approbata: Itẽ datiui dati ex inquisitione, qa à iudice sit fides eorũ probata fuit. Iõ aũt Irimi satisdãr, q̃uis approbẽt à lege, qa lex approbat gradũ agnationis, vel cognationis, ñ mores & qualitates ꝑsonarũ in eo existẽtiũ. No. tutores & curatores teneti satisdare rem pup. sal. fore. Item ꝙ talis satisdatio est inuẽta fauore pupilli, vel adulti. Itẽ ꝙ testamentarij & dati ex inquisitione, excusantur à satisdatione.]
a ¶ Ne tñ. Dicimus dãdos tutores vel curatores rõne ætatis: ne tamen &c.
b ¶ Consumantur. In totum.
c ¶ Diminuantur; pro parte.
d ¶ Prætor. Sic & Præfectus vrbis, & Præses prouinciæ, vt ſ tit. j. §. ij.
e ¶ Satisdent. rẽ pupilli saluam fore, vt diximus ſ. de tute. §. fi. s. cũ fideiussore, vt ff. rem pub. sal. fore. l. nõ quasi in princ & ff. de præt. stip. l. prætoriæ la vlt. & ff. de qui satis. cogan. l. j.
** Adde, ꝙ vbi lex requirit satisdatione cũ fideiussoribus, omninò adhibẽdi sunt, & iõ nõ supplebiĩ datione pignorũ, nec dispositione secus si simpliciter satisdari iubeat. l. j. ff. qui satisda. cog. & gl. in d. l. prætoriæ la vlt. & ita communiter tenetur per Doct. vt attestantur Alex. Sozi. & Ias. in d. l. j.]
f ¶ Perpetuũ. i. generaliter verũ: aliàs perpetuum. i. generale, vt C. de eden. l. edita. aliàs pro tpe ponitur. s. quandiu vita durat, vt ĩ. de verb. obliga. §. at si ita. & ff. pro soc. l. j. vbi de hoc. — Perpetuũ multipliciter sumitur.
* ¶ Adde, ꝙ verbũ, perpetuũ, interpre

tatur fm subiectam materiam, vt ita dunt Docto. maximè Alex. & Ias. in l.j.ff.de solu.matri. & nos varia exempla posuimus hic in Cōment. fm tñ proprietatem nullã habet tpis determinationē. l. purè. §. vlt. ff. de exce. do.]

Curatores dati ĩ testō, libe rantē à satisdando. † aliàs approbata.

a ¶ Probata est. Idē in curatoribus in testamento datis, licet curatores nō deñt in testō regulariter: tñ si dati fuerint, cōfirmanē decreto Prętoris, vel Pręsidis: sic ĩ. tit. proximo. §. ij. & tunc liberanē à satisdando, vt tutores, vt hic, & ff. de cō fir. tuto. l. si filio. & l. in confirmando. & l. seq. & l. vtilitatem. Secus in dato à matre, vt ff. de confir. tuto. l. j. ad fi. legis: aliàs. C. eo. tit. j.

Tutor datus à matre in testō, tenet satisdare.

SYL. ¶ Intellige, q dati à matre cōfirmanē ex inquisitione: dati à patre, simpliciter: * Et rō diuersitatis est ea, q̃ hic affert Acc. Sed quo ad satisdationē paribus passibus ambulant: neutri. n. satisdant. l. j. & ij. ff. de confir. tu. licet diuersa ratione: nam dati à matre ideò non satisdant, quia cū inquisitione confirmati sunt: dati verò à parēte, ob rationem in isto tex. expressam.]

¶ Sed quare secus? Rñ. quia firmū est consilium patris, & non matris, vt † arg. infra qui. ali li. in fine. j. resp. & infra de iniur. §. j. Et q dicit in testamēto, idem in tutoribus in codicillis datis dicam, vt ff. de testam. tute. l. 4. (aliàs 3.) & facit ad hoc. C. de epi. audi. l. de creationibus.

† Facit l. 2. §. verba. ff. ad Velleia.

b ¶ Item ex inquisitione, idest dati à iudice cùm inquisitione, vt supra de Atti. tu. §. sed hoc iure.

c ¶ Idonei, scilicet p̃sumptione Iuris,

testō dati, satisdare non coguntur. quia fides eorum, & diligētia, ab ipso testatore † pbata[a] est. Item ex inqsitione[b] tutores, vel curatores dati satisdatione non onerantur: qa idonei[c] electi sunt. ¶ Si fuerint plures tutores, dati ex testō, vel ex inquisitione, potest vnus offerre satisdationē, & solus administrare, nisi ēt alius voluerit satisdare. Si aūt nūllus satisdat, ille solus geret, quem testator elegerit, vł maior pars corū: & si d issordāt, cogenē à iudice cōcordare. h. d. ex l. Testō. ij. cum ll. sequent. ff. de testa. tutor. & l. 3. ff. de admini. tuto. ¶ Sed si ex testa-

contra quã non admittitur probatio in contrariū: sed si contra apparet, tenebiē ille, qui dedit, vt ĩ. eo. §. sciendū. Sed hoc fallit in curatore furiosi, qui satisdat, si nō hēat idoneam substātiam, licet sit cum inquisitione datus. C. de cur. fur. l. si §. & si qui dem. §. si verò non talis.

Curator furiosi & cū inquisitiōe datus, satisdare dēt.

¶ Itē fallit in dato ex inqsitione à minore magr̃atu: & ita intelligiē. §. nos autem. ĩ. de Attil. tu.] ¶ Itē debent iurare isti oēs bene agere, i. non prætermittere vtilia, & non facere inutilia, vt in auth. vt Satisdatio ij qui ob. sē à qb. tuio perh. ha. res. mi. §. si. col. 6. Si ergo nec rib. danda testamentarij, nec datiui satisdant, eit.

SYL.

qui erunt illi qui satisdant? Rñ. legitimi: nisi in casu, scilicet patronus liberto, vt ff. de leg. tut. l. Iusmos. §. j. Itē datiui, quando non fiunt cum inquisitione, vt C. de auct. pīt. l. fi. & nisi satisdent, non administrant, vt C. de tu. vel cur. qui non satisde. l. j. & fina.

† Idē & si cū inquisitione q̃n dātur à minoribus magistratibus.

¶ Dic plenius. q primo exigitur, q iudex declaret ipsum eē creatorē legitimum, & q ipse conficiat inuētarium, q satisdet, quòd iuret, vt suprà, quòd promittat eum defendere tandem quòd iudex decernat eidem administrationem, prout latè prosequitur hic Christo.]

SYL. §. pe. ĩ. de actio. tut.

¶ Et fm hoc sunt quatuor genera tutorum. s. testamētarij. Item legitimi, Itē datiui cum inquisitione. Item datiui sine inquisitione, vt dictum est.

Tutorum gña quatuor.

¶ Sed si ¶ Diuiditur in quatuor partes. Primò, q contutor tenet contutori satisdare, vt in administratione p̃feratur. Scdo, quid fiet, si nullus ex contu-

Diuisio.

contutoribus uult satis offerre de indemnitate. Tertiò, quid agēdum, cū tutores discordant in eligēdo. Quartò extendit ad datiuos dictum in testamentarijs. Secunda ibi, Quod si nemo. Tertia ibi, Sinautem. Quarta ibi, Idem & in pluribus. Ange.

¶ Casus. pōt figurari. Dubitabat, an pluribus existētib. curatorib. quorum fides uel à iudice, uel à testōre, pariter eēt approbata, posset aliqs ipsorū administrare, & pferri cęteris: & uidebatur q nō, qa cū eēnt pares, nō uidebatur cadere prælatio inter eos: cuius contrariū dicitur ex eo, quia altero offerēte satisdationem, illę præfertur in administratione: quod ea ratione factum est, ut magis pupillis cautū sit satisdatione præstita]. de fideiuss. in princi. cū potuerit falli & testator, & iudex: alij autē casus infra positi, clari sunt, & corū ratio in aperto est, quia qd à maiori parte fit, præsumitur firmius & conducibilius. * Vltimi autem casus ratio ponitur in l. 3 §. apparet. ff. de admin. tuto. q tutela incommodius geritur per plures, quā per unum.] No. q possunt dari plures tutores tam à testatore, quàm à iudice. Item q tutor satisdans, præfertur cæteris. Item q tutor debet offerre satisdationem. Item q existentib. pluribus tutoribus, uni potest decerni administratio. Item q testator potest declarare quem ex tutoribus datis uelit administrare. Itē q tutores ĩter se possunt conuenire, quis administret. Item q pluribus discordantibus coguntur à iudice concordare.]

* ¶Adde, q satis accipere dicitur, cui dantur fideiussores, ut hic, & l. stipulationū. §. satis acceptio. ff de uerbo. obliga. Item, q satis offerre, idē est, qd satisdationem offerre.]

SYL. * l. ex contoribus uel cōcuratoribus. aliquis extraneus non auditur l. ff ... emo. in ... in. ff. de ... tt. tu. aliàs nō ut.

mēto,[a] vel inquisitione, duo pluresve dati fuerint, pt vnus† offerre satisdationem de indēnitate pupilli, vel adolescētis, & cōtutori suo, vel cō curatori præferri, vt solus administret: vel vt contutor, aut concurator, satis offerens ppponatur ei, † vt & ipse solus administret. Itaq; per se nō potest petere satisdationem à contutore suo, vel concuratore, sed offerre debet vt electionem det cōcuratori, vel cō tutori suo, vtrum velit satis accipere, an satisdare.[b] Quod si nemo eorum satis offerat: si quidem adscriptum[c] fuerit a testatore, qs gerat, ille gerere debet. Quòd si non fuerit adscriptum: quē maior[d] pars elegerit, ipse gere

a ¶ Sed si ex testō. Duo ponit, & unum tantum nunc prosequit, scilicet de testamentario: (i) sed in fine §. dicit de alio. Item hæc eadem in curatoribus pluribus locū habent, ut † ff. de administ. tutor. l. iij. §. quod in tutoribus. Itē qd in legitmis & Rū. idē, cùm sit eàdem ratio, ne deterius negocia per plures exerceantur, ut ff. de administ. tuto. l. si plures. §. apparet ergo. Vnde uersus. Segnius expediunt cōmissa negotia plures.

* ¶Adde tex. ĩ terminis in l. ultimos. §. in ultimis. uer. an. igit. ff. de leg. tu.]

ADDITIO. (i) Immo utrunq; usque ad uersic. q si nemo. Ang.

b ¶An satisdare. Sic infra de inuti. stipulā. §. sed & si quis.

c ¶Adscriptū, s. in testō, uel aliter appareat eius uoluntas euidenter, qa dixit in satisdatione quis pferri debet: q si non fuerit adscriptum: quē maior pars elegerit, ille gerere dēt.

d ¶Maior pars. dummodo oēs uelint per unū administrare: alia. n. ñ compellerent, sed omnes gerere possunt, si uelint, ut ff. de administ. tut. l. si plures. §. si. & l. uel in partes. † Et notā hic arg. q stat maiori parti: lic ff de pac. l. iurisgentiū. §. ult. & l. maiorem.

† Immo & text. nī hoc aptè decidit.

† Reo tā postulāte unum ex eis eligi, plures simul agere nō pñt, & si unus uelit diuidere, & alij gerer, fiet diuisio ex tetis inuitis per officiū iudicis, argu. l. & puto. ff. fa. erci. & l. cōi diuidun. In §. si duo. ff. cōi diu. Ang.

nem.& l.præce.§.fin.& ff. de testi.l.3. §.ij.ibi, aliàs numerus testiū &c. Arg. cōtra ff. de serui.rust.præd.l. per fundum. & ff.com.præd.l.fi.

SYL. ¶ Sed Doc. intelligunt illa iura, quādo aliqua sūt cō munia pluribus vt singulis, quo casu maior ps vni non pōt præiudicare, vt tenēt Doc. post glo. in c. eūm omnes. de cōstitutio.

a ¶ Edicto p̄toris. quod non hēmus.

b ¶ Partes suas i.se & officiales suos, & mīlites iustitiæ.

re dēt, vt edicto [a] Prætoris cauetur, Sinautē ipsi tutores dissēserint circa eligendū eum, vel eos, q gerere debēt: Prætor partes [b] suas interponere debet. Idem [c] & in pluribus ex inquisitione datis comprobandum est, idest vt maior pars eligere possit, p quē administratio fiat. ¶ Non satisdantibus tutoribus, vel minus idoneæ tenēt magiratus, qui debebat cogere, & eius hæredes. ¶ Sciendum autē est, nō solum tuto

testamentarijs, vt ī.de Atti.tuto.§.rā. Diuiso.

¶ Sciendum. Diuidit in quatuor partes. Primò, q officialis conuenit subsidiaria actione. Secundò, qñ & in quibus casib. teneatur. Tertio ad hrdes extēdit. Quartò ponit nouū casū, videlicet q tutor cogit satisdare. Secūda ibi, Subsidiaria. Tertia ibi, Quæ q dē. Quarta ibi, Quibus cōstō nibus. Ange.

SYL. * Casus ¶ Quærebat, ex quo tutores & curatores rem pupilli adolescēntisq; saluā fore satisdare tenentur ī.eo in prin. an si non satisdent, vel non idoneè, negligentia, dolove magistratus, qui satisdationem exigere debebat, is magistratus teneat pupillo, aut adolescētij? & videbat q non, q a nec cōtraxit, nec quasi ɔxit vt tutor aut curator. §. Tutores, ī.de oblig.quæ ex qua. contra. nas. nec aliquid promisit vt fideiussor: q si in administratione officij defecit, videbat potius teneri reipub. q̄ pupillo aut adolescenti: cuius contrariū deciditur. Visum. n. est reipub. maximè interesse. pupillorū, adolescentiumq; res saluas esse: & iō quo magis illis cautū esset, hāc actionem legislatores prodiderunt, quā ēt in eorum magistratuū hęredes intendi posse decreuere. Tenent aūt ex quasi delicto, dum officio suo malè funguntur, & cū damno reipu. indemnitati pupillorū & minorū non prouidēt.] No. ergo, & tutor & curator ex administratione obligant: & nō solū ipsi sed magistratus, qui vel recepe runt satisdationem minus idoneam, vel non receperūt. Itē q paria sunt, aliqd nō fieri: vel minus idoneè. Itē q actio subsidiaria transit ad hrdes. Item q qui potest cogi à iudice, potest

SYL. *¶ Verius est partes accipi p auctoritate, & officio. l.3. § fin. ff. de admi. tuto. sic accipit ēt in l. Et suū. §. fin. ff. de pact.] Sed cur nō cōmittit fortunę, vt aliàs C. cōmu. de leg. l. fi. j. rñso, & ī. de leg. §. optionis? Rñdeo, nō ita alterius factū, scilicet pupilli possunt fortunæ committere, vt suum proprium: & concor. huic. ff. de leg. j. hmōi. §. fi. & ff. de vsufru. l. si vsusfructus. §. sed si inter duos. Arg. contra in eo. tit. l. quoties duobus. j. respon.

*¶ Adde, q glo. communiter approbant Docto. hic, & in d. l. fin. Posset tñ & aliter responderi, q ideò hic fortè non dirimitur, sed recurritur ad iudicem, quia secus non habet locū nisi in casibus à iure expressis, vt voluit Bal. in l. meminibus. C. qñ & quibus quar. pars deb. lib. ro. quem sequitur Iaso. in d. l. vlt. in prin. col. 2. dicens hoc est cordi tenendum.]

SYL. *¶ An & qñ iudicio sortis stādū sit, & de rationibus legum allegatarum per Accur. vide Iaso. in l. fi. super glo. in ver. fortunā. C. commu. de lega.]

c ¶ Idem. Per omnia, vt s. nisi quia hic à testatore nō potuit scribi qs gereret, cū nihil dixerit de tutela: nam non darent ex inquisitione, si essent

tẽt cogi capitis pignoribus.]

a ¶Cæteris.vt furiosis & mentecaptis, ut supra tit.1.§.furiosi.& §. sed & mẽtecaptis.

b ¶Accipiũt,ut magistratus:quod dic, vt diximus .j. e.§. neq; aũt.

SYL. * ¶Expone accipiunt,i.accipere tenentur. * non .n. ois magistratus tenet, sed ij tm̃, qui satisdationem accipere obligati sunt, qui tenentur etiam si non exigant, vt hic.]

res, vel curatores, pupillis, uel adultis, cæterisq; * pso nis ex administratione rerũ teneri: sed ẽt in eos, qui satisdationẽ accipiũt, b subsidiariã actionẽ esse, quæ vltimũ eis c præsidiũ possit afferre. Subsidiaria d aũt actio daĩ in eos, q vel oĩno a tutoribus uel curatoribus satisdari nõ

c ¶Eis,idest pupillis, & similibus.

d ¶Subsidiaria scilicet tutelæ utilis cõtra eũ, qui malum dederit tutorẽ: vel utilis negociorum gestorum, quã malum curatorem: nam ea dem utilis in magistratum datur, † quę in administratorem directa datur, & vsuræ ueniunt,vt in prima,vt ff.de magist.cõ.l. si.& C.eo.l.penul.

† Contra illũ tenet gl. in l. actio. ff de

SYL. * ¶Dic,secundũ Hugo. quòd datur vtilis actio in factũ, vt dixi in Cõm.quæ subsidiaria uocatur, eo q deficientib. aliis remediis conceditur.*l.quoties.& ibi glo ff.de pręs. ver,] Subsidiaria aũt dr̃ aptitudine, ut l. Aquiliæ actio dicitur pœnalis aptitudine,vt infra ad legem aquil.§.his autem. nam nec illa semper,pœnalis est, nec hæc semper in subsidium datur:quia quandoq; agitur, antequam conueniãtur omnes tutores,vt colligitur ex iis, quæ dicuntur in hac gl.circa fi. Quare ad horum euidentiam distingue:aut fuit unus tutor,vel curator,aut plures. Primo casu conuenitur prius tutor vel curator,& postea magistratus,vt hic.

neg. gest. & ibi Bar to. vbi vide quę sit actio directa,& quę vtilis.

Tutores plures, & magistratus,quo ordine conueniri possunt.

* ¶ Adde q non solum conuenitur prius tutor vel curator, verum ẽt eorum fideiussor: quòd si nec ab eo satis exigi poteit,tunc demum agitur aduersus magistratum.l.aduersus. C.de magist .conue.]

¶Si verò plures:& tunc aut oẽs gesserunt tutelam,aut curam,aut nullus,aut alter tantum . Primo casu omnes conueniuntur ante magistratum, vt ff. de admini.tut.Lucius.2.§. penul.& de magistr.con.l.duo.

* ¶Limitatur hæc conclusio secundũ Doct.vt non procedat, quando tutores sunt diuersi ordinis,s.quia vnus sit testamentarius, alter datiuus. d. l Lucius. §. cũ in testamento.]

¶In secundo idem, vt ff.de admi. tuto.l.si plures In tertio subdistingue : aut fuit diuisa tutelæ administratio per iudicem vel testatorem, aut non. Primo casu pro sua gestione quilibet tenetur, & non pro alterius,& postea magistratus in subsidium.ff.de admini st.tut.l.Lucius.§.penul.& C.de diui.tu.l.2.

* ¶Adde, q licet hæc cõclusio sit vera,non tñ hoc inferri potest ex.d.l.Lucius.non enim apparet ibi diuisionem ullam factam esse per testatorem , vel iudicem: nec tex.ille se fundat in diuisione,sed in eo,quòd ille tutor testamentarius erat, & suspectum alium fecerat: ibi. Non est visum &c.]

¶Sed tñ in quatuor casib. vnus pro alterius parte tenetur, tñ post magistratum,scilicet si tutorẽ vt suspectũ remouendũ non remouit , vel tardè remouit,vel remouendo iura pupilli prodidit, uel nõ exegit satisdationẽ rem pupilli saluã fore, cùm videret eum non soluendo,vt in d.l.2.C de diui.tute.& ff de admi tut.l. Lucius.§. pen.

Tutor vnus pro altero tenetur in quatuor casibus.

* ¶Adde q his casibus prius est conueniendus cõtutor:q̃ magistratus,vt dicunt Docto.in d.l.2 ** & in specie Sa li.col.2.in 6.q.] ** Intellige primum, & secundũ casum interueniente dolo vel culpa saltẽ leui ipsius tutoris in nõ remouendo , aut tardè, curatorẽ, iuxta tex.in d.l.2. nã alioqui nõ teneretur iudicio tutelę l. qcq̃d. C. de arbi.tut. Itẽ ad.le quintũ casũ, q ponit p glo.in d l.2.s. si vnus nõ instruat alterum de eo,qđ alter ignorat ad suã gestionem pertinere.

SYL.

curauerũt, aut nõ idoneè [a] pasſi sũt caueri. Quæ [b] quidem tam ex prudentũ reſponſis, [c] q̃ ex cõſtõnibus [d] imperialibus, etiã in hęredes eorum extẽditur. Quib. [e] conſtitutionibus, & illud exprimit, vt niſi caueãt [f] tutores & curatores pignoribus captis coerceantur. [g]

¶ Actione ſubſidiaria non tenentur, qui tantum dant tutores: ſed qui ſatiſdationem exigunt. hoc dicit ex lege 1. §. neque ff. de magiſt. conuen.

¶ Neq; aũt Præfectus urbi, [h] neque

pertinere. l. Titium §. tutòres. ff. de admini. tut.] Scd̃ò caſũ conuenitur primo gerens: ſecundo magiſtratus: tertio nõ gerens: niſi in dictis quatuor caſibus, vbi conuenitur etiam qui non geſſit ante magiſtratum, ut C. de diuiſi. tu l. 2. & ff. de admi tu. l. ẽt. & l. Aemilius. in fi. & l. tres tutores. de hoc dixim' in l. 1. ff. de tute. & ratio diſtra. & in. l. 1. C de tranſac.

SYL. * ¶ Vera concluſio eſt, ꝙ ſiue non fuerit facta diuiſio, ſiue facta fuerit, non tamen à teſtatore aut iudice, ſed ab ipſis tutoribus inter ſe, poteſt ſe pupillus quem velit ex tutoribus inſolidum conuenire. d. l. 2. in 1. & 2. reſpon. hoc tamen fallit in tribus caſibus, quos attigi hic in Comm. poſt Doct. in l. 1 C. de tranſact.]

ADDITIO. Et nota, ꝙ in omnibus prædictis caſibus pupillus conueniens tutorem præfertur cæteris creditorib. l. dabimus. ff de priuileg. credi. ſecus ſi cõueniat iudicem. l. 1. §. priuilegium. ff. de magiſt. con.

a ¶ Idoneè. aduerbium eſt: & facit ad hoc. ff. de magiſtra. conue. l. 1. §. ſciendum. & §. exigere.

b ¶ Quæ. ſcilicet tutelæ actio ſubſidiaria, vel negociorũ, geſtorũ, vt diximus.

c ¶ Rñſis, vt ff. de magiſt conue. l. 1. §. ſciendum. & l quod ad hæredem.

d ¶ Ex conſtitutionib. ut C de ma. con. l. 2. & in aliis græcis conſtitutionibus, ſed aliter hæres tenetur, quia de dolo & lata culpa tm̃, aliter defunctus, qui ẽt de leui culpa tenetur, vt ff. de mag. con. l. non ſimiliter.

e ¶ Quibus cõſtitutionibus. ſ. græcis.

f ¶ Caueant ſ. rẽ pupilli ſaluam fore.

g ¶ Coerceanť. Facit ad hoc. ff. de adminiſt. tu. l. 1. primo rñ. & ff. de dam. infe. l. 4. §. 3. & ff. de li. agna. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. & C. de ſuſpe. tut. l 3. & ff de ven. inſp. l. 1. §. quid ergo.

* ¶ Neque. Caſus. Viſo, ꝙ magiſtratus in ſubſidium tenentur, dubitabatur de quibus magiſtratibus intelligeretur: & videbatur, quòd generaliter de omnibus: cùm enim lex voluerit tutores & curatores ſatiſdare, uidebatur ꝙ magiſtratus, q tutores vel curatores darent, quaſi ex delicto actione ſubſidiaria tenerẽtur, ſi ſatiſdationẽ non exigerent, vel minus idoneam. Quo non obſtante reſpondetur, ꝙ neque Præfectus, neque Prætor, neque Præſes, neque quiſquam alius, cui inſtar eorum tutores dandi ius cõpetit, ut puta Proconſul, vel Proconſulis legatus, hac actione tenentur: ſed ii tantũmodo, q̃ ſatiſdationẽ ex legibus, vel moribus exigere ſolent: nam cùm hmõi actio quaſi ex delicto naſcatur, non poſſunt peccare, niſi ii, quibus incumbit ſatiſdationẽ exigere: quæ quidẽ cura hos maiores magiſtratus non pertinet, quippe qui ſi dãt ex inquiſitione, lex adeo confidit de eorum electione, ut releuarit ſic electos ab onere ſatiſdandi, perinde ac ſi dati eſſent teſtõ a parentibus. §. 1. ſ. eo. ſin autem dãt ſine inquiſitione, ſolent ſatiſdationis exactionẽ minoribus magiſtratibus mandare. l 1. §. ſi curatores. ff eo.

h ¶ Neque. Vrbi. ſ. Romanæ, per excellẽtiam, vt ſ de iure nat. §. ſed quoties. Item facit ad hunc. §. ff. de magiſtr. con. l. 1. Sed contra eſt. ff. de admi. tuto. l. Aemilius. Sed diſtingue tria genera iudicũ. Quidam poſſunt dare tutorẽ, & non exigere ſatiſdationem, de quibus hic loquitur, Alii & dare, & exigere,

de

Et si dif- erant ac- cipere sa- tisdatio -- né, vel ex- edire ꝓ- essum, ut hoc onus ꝓtrāseat ad ucceſſo-- em, pote- t conue iri ī syn icatu, ut ie. l. j. §. iendum nſ. similis, t puta rocōsul, egat pro onsulis, ræfectus egypti, alii eius modi qui nſtar lu- raſcripto um tuto- es dare oſſunt. l. ti. de tu- or. & cur. a. ab ijs.

de quib. ibi dicit † Alii exigere, & non dare. vt tabelliones, & aliquis mi'es iu ſtitiæ, cui alia committuntur, & iſti te nentur in ſubſidium, vt s̄ de atti tu. §. pe & C. de magiſtr con. l fi. Item æſti- matores pri- monii pupillo rum, propter quorum præ- uā æſtimatio- nē viliores fide. uſſores ac cepti ſunt, vt ff. de mag cō. l. 1. §. diuus. q erant dandi ꝑ rei qualitate, ut ff. de in ius vocan. l. 1. & q ſatiſd. cog. ſi ve ro. §. 1.

Prętor, neque Prę ſes prouinciæ, neque q̄ſquā † alius, cui tutores dādi [a] ius eſt, hac actione tenebitur; ſed [b] ij tantummodo, qui ſatiſdationem exigere ſolent.[*]

¶ De excuſationibus tutorū, vel curatorum.

¶ Tres liberi, Romę, & quatuor in Italia, & quinq; i prouincus, pſtant excuſationē à tutela, vel cura. Ado ptiui verò nō con putātur. Nepotes verò in locū filii vocātur. Nec liberi mortui computantur, niſi ꝑ rep. deceſſerint. Ange.

Xcuſant aūt tutores, & curatores ex variis cauſis:

* ¶ Adde tex. apertum in l. cum oſtendi- mus. §. ulti. de fideiuſ. tut. Et nota. ꝙ in relatione facienda per eius modi æſtimatores, ſeu approbatores, re quiritur partis citatio, ut concludit Ro man. conſilio 72. Circa primum. in princip.]

a ¶ Dandi, ſ. tantum.

b ¶ Solent, aliàs debent: ſed iſti nec debent, nec ſolent, ut diximus.

* ¶ Legendum, ſolent ut oſtēdunt hic verba Theophyli: intelligit. n Impe. eos, qui vel ex lege, vel conſuetudine cautionē exigunt, ut ſunt magiſtratos municipales. Defenſores ciuitatum, Iu ridicus Alexandriæ, & cæteri eiuſmodi minores magiſtratus.]

Continuatio. ¶ De excuſationib. tuto. vel curato. Nunc dicit qđ s̄. quibus modis tut. ſi. §. ſi. promiſit. Accur. Vel ſic: Supra viſum eſt de tutoribus & curatoribus, verùm quia ij varijs ex cauſis excuſari ſolent, iō meritò ſubdit de excuſationibus tutorum & curatorum. Porcus.

Diuiſio. SYL. Xcuſantur. ¶ Diuidit hic ti. in 16. partes. In prima ponitur, qualiter quis ob numerum filiorum excuſetur. In ſecunda, ob negocia publica. In tertia, ꝑ iuriſdictionem. In quarta propter litem præcedentem. In quinta ꝑ numerū tutelarum In ſexta propter paupertatem. In ſeptima ꝑ pter infirmitatem. In octaua propter imperitiā literarum. In nona ꝑpter inimicitias. In decima propter cōtrouerſiā ſtatus. In undecima propter ætatem. In duodecima ꝑpter militiam. In 13. propter ſtudium artiū liberalium. In 14 infra quantum tps poſſit quis proponere excuſationē. In 15. qualiter quis excuſetur a cura pupilli ſui vel vxoris. In 16. ꝙ falſa excuſatio non ꝓdeſt. Partes de ſe patēt.

¶ Caſus in toto hoc titulo nō poteſt aliter figurari: ſed bñ poſſunt aſſignati rōnes priuilegiorū, ꝑ quæ datur excuſatio: ideo in hoc tm, loco caſus, inſtabimus: uerba enim, & ſenſus clariſſimi ſunt. Dicitur ergo, ꝙ numerus taxatus in tex. præſtat excuſationem: circa quod aduertas, ꝙ quò ad numerum non eſt ratio, quare magis tres, q̄ quatuor, vel ſex poſuerit: qa hmōi ſunt poſitiui iuris. l. j. §. pueritiam, & ibi glo. ff. de poſtu. Sed rō priuilegii filiorum eſt occupatio propria circa ſuos filios. Item fauor reipu. expedit. n. ciuitatē, & prouincias repleri hominibus. l. 1. ff. ſolu mat. vnde inuitantur ad generationem ꝑ huiuſmodi immunitates: & hinc eſt, ꝙ arrogati & adoptati præſtant generanti immunitatē, non patri ciuili. * quia occupatio, q̄ quis propria culpa incurrit, ſibi debet imputari. c. damnum. de regu. iu. in 6. Itē quia quò ad patrem adoptiuum reſpu. alium ciuem non habet, ſed eundem ab alio genitum, cui decet ꝙ p̄ſtet

Plerunq; † autem ꝑpter [a] liberos, siue in ptāte sint, siue emancipati. [b] Si. n. tres liberos supstites Romę [c] qs habeat, vel in Italia quatuor, vł in ꝑuincijs [d] qnq; à tutela vel cura potest excusari, exemplo cæterorū munerum. [e] Nam & tutelā, & curā,

† aliàs tamen.

ftet ex excusationē.] & emancipatus similiter numeratur in numero filiorū. * Nepotes aūt iō non prosunt auo, nisi patre defuncto, quia dum pater viuit, ipsi genitori psosunt. Non. n. lex voluit in hac causa quempiam duobus prodesse, vt in exemplo nepotum ex filia licet videre, q auo non annumerantur inter liberos, ut excusetur a tutela vel cura, propterea quod patri, qui illos patriæ genuit, prosunt. Rō autem, quare defuncti non prosint, est, quia cessat ratio occupationis, itē & cā fauoris, cùm respub. opera illorum uti amplius non possit. Aliud tñ statutū est in iis, qui in acie pro patria occubuerūt, ex ratione in tex. relata Quod verò non idem numerus filiorū vbique excuset, ex eo potest videri inductum, ꝙ respu. magis uteretur oꝑa ciuiū, q̃ Italorū: & magis Italorū, q̃ prouincialiū in dandis nominibus militiæ: ideoq; maiori fauore prosecuta est eos, qui suis necessitatibus facilius & sæpius succurrerent.] No. quot liberi excusent à tutela Item quòd emancipatus iure ciuili quo ad hoc connumeratur in numero filiorū. Itē ꝙ tutela est munus publicum. Item ꝙ filius legitimus tantum non præstat excusationē patri legitimo tantum, sed naturali. Item quòd nepotes succedunt in locum filii Item solos uiuos numerādos. Item quòd defuncti in bello pro republica uiuere creduntur per gloriam, & de eis idem quod de uiuis iudicantur quo ad beneficium patris.]

† Et ista est uerior secundū Ange. q a beneficium quod hēo ꝑꝑ te, non debeo ut contra te, saltem vbi tu participas de eodem secū cum Chr. per l. si iudex circumuēto. ff. de mi. aliàs secus ut in d. l. amicissimos.

a Propter liberos superstites & incolumes, ut ff. de uaca. mu. l. 2.

Adde, liberos esse debere legitimos & naturales. l. 2. ff de excusa. tu.]

b Emancipati. nisi pater filio emancipato curator petatur: tunc enim non excusatur a cura emancipati, ut ff. eo. l. amicissimos §. fi. † Vel dic, ꝙ licet faciat contra stimulos naturales, tamen bene potest, ut ibi innuitur.

*. Add, ꝙ iste intellectus est uerissimus, quicquid dicāt Iac. de Are. & Barto. vt apertè probatur ex verbo oportere, ibi posito, & declarat optimè Bal. ibi.] SYL

c Romę Hoc est in ciuitate Romana, & vsque ad centesimū milliariū, vt ff. de off. p. ur. l. 1. §. cum vrbem. SYL

*. Adde, ꝙ in §. cum urbem. extenditur ut bis appellatio, non Romæ: idque ea rōne, ꝙ Principis beneficia latè sunt interpretanda. l. fin. ff de consti. Prin. q̃ interpretationem non reor in hac materia admittendam, tanquam restrictiuam cōmodi pupillorū.

d In prouincijs. Sed nunquid illæ ꝓuinciæ, quæ aliàs habent ius Italiæ, & hoc habebunt? Rñ. nō. quia illud ꝑꝑ tributa cōceditur eis, ut ff. de cēs. l. 1. & fi.

* Ad interpretationem huius gl. vide omnino Alcia lib. 2. dispunct. c. 21. ubi pulcherrimè disserit, quale esset ius hoc Italicum, quæ commoda afferret, & quam multis nationibus olim fuerit concessum]

Quæ autem dicantur prouinciæ, & unde, docet Alcia. in l. notionem. § cōtinentes ff de uerb. signi.]

e Munerū, id est onerum ciuilium, ut decurionatus: secus si patrimonii sit onus, ut ff. de uaca. mu. l. sextumdecimum. §. numerus. & §. quæ patrimoniorum. & in l. his onerib. 1. respon. & C. qui num. libel. l. 1. lib. 10.

Tunc enim exigitur maior numerus secundum Barto. in l. semper. §. 1. ff. de iur. immu.]

** Adde ꝙ munera ciuilia. & munera publica pro eodem supponunt. l. fi. §. hęc. ff. de mun. & hono. præterea scire oportet, ꝙ glo. errat dicens, ꝙ hic numerus filiorum excusat in decurionatu, nam decurionatus est honor. l. à decurionatu. ff. de uac. mu. constatq; hūc numerū non excusare ab honoribus, sed solū à munerib. ciuilibus. l 2. §. 1.

placuit publicū [a] munus esse.

¶ Sed adoptiui liberi nō prosunt:[b] in adoptionē aūt dati, naturali[c] patri prosunt.

¶ Itē nepotes ex filio ꝓsunt, ut in locū prīs[d] sui succedāt: ex filia, nō[e] prosunt.

¶ Filij aūt superstites[f] tm̄ ad tutelæ uel curæ muneris executionem ꝓsunt, defuncti[g] aūt non prosunt. Sed si i bello amissi sunt, q̄situm est, an prosint. Et constat eos solos pro-

eo.tit. de uac. mu. & ideò aptius poneretur exemplum in muneribus personalibus, de quibus meminit.l. j. & vlt.ff.de mu.& hon.]
Itē secus in honoribus, ut ff. de uac. mune.le. ij. §. numerus. & l. in honorib.
† Itē secus in oneribus, quæ honori inhærent, ut ff. de uac. mune. le. sextum decimum.§.numerus.
a ¶ Publicum. Auctoritate: nam datur in unitis, ut C. de decu.l. nullus. li.10.& facit.ff. de uerb. signi.l. pupillus.§.munus & l.munus ꝓpriè & ff. de mu.& ho.l.j.§. illud.Sed ꝯ. ff. eo. l.athletæ.§ tutela.Sed nō. est publicū munus (ut ibi dr̄) vtilitate, licet auctoritate, ut hic dr̄, sed vtilitate publicū est secundariò, q̄a expedit reipublicę, &c. ut supra de ijs q̄ sunt sui vel alieni iuris.§.fi.Itē contra. ff. eo.l.spadonē.§.q accepit.& l.nō tm̄ §. non oīa, Sed licet ibi generaliter remissionem publicorū munerum habuit, tm̄ in generali remissione non continetur tutela uel cura fauore publicorum & adultorū † sicut & aliàs de generali dicto quędam excipiūtur, vt ff.de leg. 3 l.vxorem.§.fęlicissimo. & ff.de procura. Pomponius. 1. respond. & ff.de lib.leg.l.Aureliano.§.Caius.

*¶ Adde q̄ regula, quæ habet, q̄ dispositio generalis, generaliter est intelligenda, limitatur in 15. casibus de quibus hic in nostris Commen. uberrimè disseruimus.

b ¶ Non prosunt. Et hoc dico ad excusatione m: sed bene acquirebant ei.s. patri adoptiuo, ut hic, & ff.de ua.mu. l.sextumdecimū.§.adoptiui. maximè hodie.cū nihil ad patrem adoptiuum trāseat, ut s̄. de adoptio.§.sed hodie.

*¶ Intellige istū tex. generaliter. tam in adoptatis à quocunque, quā in arrogatis, ex rationibus in positione casus adductis.

c ¶ Naturali pri. Licet adoptiuo non ꝓsint, ut supra proxi. respon.† & secūdū hoc puncta ibi, dari. Vel dic, dati in adoptionē naturali patri, idest auo uel proauo, prosunt, scilicet atrogāti: cùm trāseant in familiā eius, ut supra de adopt.§. sed hodie in fin.§.& §. seq. & secūdum hoc fiet hic mentio illius noui iuris, & punctabis ibi, naturali patri.

† Hæc re tiot.

d ¶ In locum patris. Apparet quòd eo mortuo tantū prosunt: eo autē uiuo, nō prosunt, ut hic, cùm dicit, in locū patris &c.& l.ij.§.non solū.ff.eo.& C. de ijs qui numero lib.l.iij.lib.10. Sed nunquid oēs loco vnius cōputantur? Rn̄dent quidā, q̄ nō. Sed cōtradicūt leges expressè: nā loco vnius, numerantur quotcunque sunt, ut in græca lege.ff.eod.l ij.§.quotcunq; nā etiam in successione loco vnius cōputātur, ut infra de hære quæ ab intesta.§.cū filius, ar.ff.de contratabu.l.j.§ .j.

ADDITIO. Hoc est mirabile, cū auus habeat cura & onus alēdi eos: sed rō est, quia prosunt patri suo, & non debent prodesse duobus. Ioan. Fab.

** Rō, quare loco unius cōputent, est, quia non sensit respub. beneficiū ab auo nisi ex generatione unius filij.]

e ¶ Non prosunt. Quia nō sunt in ptāte sua, ut s̄.de pa. po. §. fin. hæc ratio non est bona, ut supra eo.in prin. dicit enim de emancipato: unde dicas, non prosunt auo materno, q̄a alij † prosunt, ut C.qui nu.libe.l. v. & l. fin.

** † idest patri, uel eo mortuo, auo paterno.

f ¶ Superstites, ideit uiui.

g ¶ Defuncti. Idem & in non natis licet conceptis: quia quo ad hunc casum non sunt pro iam natis. vt ff. eo. l. ij.§.qui autem in uentre.

** Ratio

Ab eo … hē excu … 12. li … vt te … glo. in … si qs de … sio. C. … decu. … quā … probant … gel. & … hic li … glo. in … j. C.de … qui nu. … dicat, … requi … tur. 16. … fit sic ge … ralis im … unitas … in exten … tur ad … unus pu … cum au … oritate, … utilita … priua … SYL. … ; & ita … ad rea … ordina … um, sed … traordi … riū sic, … notat … & Dy. … d.§.qui … cepit. … SYL.

** Rō est, quia non habentur pro iā natis, ut alij prosint, sed solū quò ad eorum commodum. l. qui in utero. la. 1. ff. de sta. ho.]

a ¶ In acie. s. Principis, ut s. de adop. §. fœminæ.

*¶ Adde, in acie amissos etiā eos dici, q accepto vulnere in conflictu, alibi propter illud vulnus periere. l. j. §. ij. ff. de in cen. rui. nau.]

b ¶ Per gloriā uiuere. Nota mortuum viuere per gloriam, ut ff. ad l. Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. Et ꝯ

desse, qui in acie a amittunt. Ij enim qui pro republica ceciderunt, in perpetuū per gloriam uiuere b intelliguntur.

¶ Administrans res fisci excusatur à tutela durante administratione. h. d. ex l. administrantes. ff. eo.

¶ Item D. Marcus in Semestrib c rescripsit: eū, q res fisci administrat, à tutela vl cura, qua diu administrat, d excusari posse.

¶ Absens cā reipublicæ, à tutela uel cura noua in totum excusatur: ab antiqua autē, durante absentia. h. d. ex l. non solū ff. eo. Are.

c ¶ In semestribus. Idest in sex mēsibus, q b. dabāt operā studio. Nā alter nis sex mensibus dabanr operam Imperatores bello & studio, ut ff. d orig. iu. l. ij. §. ex ijs. i prin. vltimæ cartæ. vel dic, ꝙ nomen erat libri illis sex mensibus compositi: qd in idē recidit.

¶ Tu dic, ꝙ sicut annales dicebātur ex eo, ꝙ anni vnius res gestas continerent: ita semestres libri, * in q b. sex mēsiū rescripta, cōstōnesq; descripta erant. Hos D. Marc scripsit. ut hic & in le. pactū. ff. de pact.]

qs fingit mortu, q uiuit ꝑ vituperiū, vt deportati, vt ff. de cōtrata. l. j. §. j. & §. pe. i fi. & ff. de do. inter virū & vxo. l. cū hic. §. si donator. (alias. §. si seruus.) ubi seru uiuit, & tn ꝓ mortuo reputatur quo ad ius ciuile, vt ff. de re iud. l. quod attinet & l. seruitutem.

¶ Præclarè Cic. Philipp. 9. His enim (inquit) maiores nostri, q ob rēpub. mortē obierūt, pro breui vita diuturnam memoriam reliquerunt.]

¶ Itē diuus. Casus sic figuratur. Quæsitum fuerat, an administrans res fisci excusaretur à tutela: & videbat ꝙ non, quia cùm tutela etiā ipsa sit mūnus publicum, vt supra ostensum est, non uidebat impediri ex alio munere publico Sed cōtrariū dr ex eo,* ꝙ fieri non posset, quin dū rebus pupilli vel adulti operā daremus, fiscus in multis lęderetur: & econuerso: quæ ratio traditur à Theophylo in Insti. Græcis.] Not. ꝙ procurator fisci, durāte eius officio, excusatur à tutela. Itē ꝙ cessante cā impedimenti, cessat immunitas. Item ꝙ vtilitas publica auctoritate & utilitate, præfertur publicè auctoritate, sed non vtilitate.]

d ¶ Administrat. Qui dicitur procurator fisci, & facit ad hunc §. supra de cur. §. item loco.

** Extende ad omnes, quibus Princeps curam alicuius rei propriæ, vel publicæ cōmisit, ut sunt exactores tributorū, ꝓfecti annonę, ꝓfecti vigilū, mensores frumentarij, rationales.]

ADDITIO Idem si administrat res aliorum Principum. Io. Fab.

* ¶ Item qui. Casus positio clara est, & ratio ipsius est, quia si quis & pupillaribus, & publicis rebus vellet vacare, necessariò aut pupilli, aut reip. res negligētius curarent. vt dictū ē in ꝓce. §. vel dic (vt aliàs dicebā) ꝙ tutela respicit vtilitatē publicā secūdario, in exemplo aūt huius & præced. §. vertitur vtilitas publica principaliter, & iō tutelæ præpōderat]** Ideo aūt sū sceptā iam tutelam finita absentia, recipiunt statim, nec anni vacationē habent, q iuś reponit illos in eo statu, in quo erāt aū absentiā, nec priuilegiū illud vacationis anni tributū à lege simpliciter tū ad resumēdas vires, tū ad curā suarū rerū instituendā, in præiudiciū tutelarū iā susceptarum operatur,

¶ Item q reipublicæ cā absunt,[a] à tutela, uel cura excusantur.[b] Sed & si fuerint tutores, uel curarores dati, deinde reipublicæ causa abesse cœperint, à tutela, uel cura excusantur,[c] quatenus †reipublicę cā absunt, & interea curator loco eorum datur: q, si reuersi fuerint, recipiunt onus tutelæ. Nam nec anni hn̄t uacationē, ut Papinianus li. v. Rn̄sorū scripsit: nā hoc spatiū hn̄t ad nouas tutelas uocati.

¶ Hn̄s publicam ptātem, a tutela hēt excusationē, sed nō à iā susceptā. h.d. ex l. non, tm̄ §. sane ff. eod.

¶ Et qui potestatem[d] aliquam habent, se excusare pn̄t, ut diuus Marcus scripsit: sed[e] susceptā tutelā, deserere non pn̄t.

operatur, q a immunitas à tutelis eatenus tm̄ uires hēt, quatenus nominatim priuilegium indultū est. l. non tm̄. §. non oīa. iuncta l. spadonem. §. qui accepit. ff. eo. tit.] No. ꝙ absentia causa reipub. pręstat excusationē à munere de nouo delato: secus ab antiquo. Itē ꝙ durante absentia datur curator.]

a ¶ Absunt. uel absfuturi sunt, ut ff. de proc. l. filiusfamilias. §. fi.

Pro quā iu. sic l. in prin. de ope. no. nun.

ADDITIO. Quia parla sunt esse, uel de pximo spe rati. l. pe. ff. de test. mil. Are.

* ¶ Abesse rei pu. causa qui dicant, liquet, cùm ex multis alijs legibus, tū ex l. Itē ij. ex l. Reipublicæ. ex l. Abesse. & seq. ff. ex qb. cau. maio.]

Milites à bello missi quotan nos excusationis habent.

b ¶ Excusant. Hoc primū responsum loquit, qn̄ eo existențe in absentia reipublicæ cā, datus fuit tutor, uel curator: quo casu, perpetuo excusat si p uiginti annos militauerit, uel cōpleuerit militiæ spatiū, & nō ignominiosè missus est. Aliàs q ī. quinquenniū missus est: puta quia infirmus, nullā habet excusationē: q post quinq; annos, hēt annū: q post octo annos, hēt bienniū: qui post duodecim, hēt triēniū: qui post sexdecim, hēt quadriennnū: qui post uiginti, excusationē perpetuam hēt, ut dictū est, & ff. eo. sed & milites. § j ij. & iij. & iiij. & v. & §. quandoq; usque ad §. qui aūt post.

c ¶ Excusantur. Si hoc postulauerint prius & ēt aliū actorē uel curatorem petierint, aliàs nō, ut C. si tu. reip. cau. l. j. & ff. de admi. tut. tutores. §. q se.

SYL. ¶ Et q potestatē. Casus non figuratē

& rō clara est fundata in administratione principaliter publica Not. summarium. Item ꝙ multa impediuntur facienda, quæ facta tenent.]

d ¶ Et qui potestatē. Vt quia sit Præfectus uigilū, uel annonæ, ut ff. eo. l. administrantes, & similes qui potestates uocātur, ut C. de mo. mult. leg. eos. secus si sit circa lat' Principis: cœptam enim non cōplebit, ut ff. e. iurisperitos.

¶ Dic potestatem, idest publicum magistratum. l. potestatis. ff. de uerb. signific. SYL

* Sed in l. eos. pcōsularis potestas interpretanda est imperium, & auctoritas Proconsulis.]

e ¶ Sed suceptā. ut supra proximo. §.

** Rōnē diuersitatis inter absentem cā reip. & magistratū, circa tutelā iā susceptā, hanc esse cēseo, q a q reip. cā absunt, plerunq; interim quicq̄ ī rem suam agere prohibentur. l. legatus. ff. de lega. quæ phibitio nō cadit in gerentibus magistratū, & ideò nō mirū, si legislator ipsos reipub. causa absentes ob huiusmodi incōmodū releuauerit interim ab onere tutelæ iàm susceptæ. l. cū qui. ff. de iureiur.]

* ¶ Itē pp. Casus est clarus. Ratio dubitandi poterat esse periculū subtractionis instrorū pupilli, cæteraq; alia, quæ referunt ab Imper. in auth. ut ij, q obli. phi. se ha. res mi. in prin. ex quibus uidebatur, ꝙ tutor, uel curator non solū excusandi essent, sed remouēdi: cuius cōtrariū decidit, nisi de omnib' bonis, uel hæreditate ɔtrouersia existat, quia tunc quasi de ca- SYL.

pite agitur, capitalesq; excitantur inimicitiæ, ob quas etiã quis excusat̃ à tutela. §. inimicitiæ. ĩ. eo. & iõ ꝓuidẽ dũ fuit, ne ex hoc tutor moueret̃ ad subtrahendũ ipsi pupillo iura sua: at in cæteris litibus aliud placuit, q̃a neminẽ tã impiũ so rẽ creditũ est, ut cũ tãta existimationis iactura, fraudulẽter in rebus eorũ, qui suæ fidei essẽt cõmissi, uersaretur: ꝓinde cũ usus postea docuisset, ob lites quoq; leniores nõ raro pupillos, adultosq; suis facultatibus spoliari à tutoribus, & curatoribus, nouissimè hæc regula per supradictum auth. correcta est.] No. ꝙ põt esse lis inter pupillum & tutorem, durante tutela. Itẽ ꝙ ex maxima lite ẽt ciuili finitur tutela. Item ꝙ q. hæreditatis pupilli maxima est, & æquiparatur q. de omnibus bonis, cũ uerisimiliter nihil habere possit proprium, qui acquisiuit patri, illucusq; quicquid quæsiuit.]

† quia eas affectasse vĩ l. spado né. §. vle. ff. eo.

¶ Propter litẽ, q̃ quis hẽt cũ pupillo, non excusat̃ à tutela, nisi sit omniũ, uel maioris partis bonorũ. h. d. ex l. pp. ff. eod.

¶ Item propter litẽ, quam cũ pupillo, uel adulto, tutor uel curator habet, excusari non põt: nisi fortè[a] de omnibus bonis, † uel hęreditate[b] controuersia sit.

¶ Tres diuersæ tutelæ nõ affectatæ, donec durãt, præstant excusationem. hoc dicit̃ ex l. tria. ff. eod.

¶ Itẽ[c] tria onera tutelæ ñ affectatę, uel curæ p̃stãt uacationẽ q̃diu administrãtur: ut tamẽ pluriũ pupillorũ tutela uel cura eorundẽ bonorũ, ueluti fratrũ, ꝓ una cõputetur.

** Intellige tex. rñm de hæreditate paterna indifferenter, siue in ea contineat tota, maiorve pupilli substantia, siue nõ, l. si pupillũ. ff. eo. & nõ plerũque oĩa pupilli bona in hr̃ditate p̃ris cõsistũt, hucq; ueluti ꝙ frequentius eueniat, legislatores respexere. l. nã ad ea. ff. de legi. in reliquis aũt litibus despiciem* utrũ cõtrouertatur de omnibus bonis, aut plurima eorũ parte d. l. propter. ff. eo. unde rectè Sali. interpretatur. d. leg. si ut allegas. in hæreditate, in qua agatur de maxima parte bonorũ pupilli.]

* ¶ Idẽ in quęsitione status, ut notatur in §. item is. ĩ. eo. nam controuersia status mortis accusationi æquiparatur, ut ibi inquit Accur.]

a ¶ Nisi forte. immo & sine fortè: vel ẽt si de maiori parte bonorũ pupilli sit cõtrouersia, ut ff. eo. l. pp litem. i. respon. & facit. C eo. l. si ut allegas. & ĩ. de aucto. tuto §. fin & C q da. tuto. pos. l. creditorem. sed hodie non põt creditor, vel debitor, esse tutor, ut in authen. ut ij. qui oblig. per §. j. col. vj.

* ¶ Adde, ꝙ dicta authen. nõ hẽt locum in creditore modicæ summę, secundum glo. Bar. & alios in auth. minoris C. qui da. tuto. poss. & latissimè Marsil. consi. 103. nu. 29.

b ¶ Hęreditate. s. ipsi pupillo à patre delata, uel à quocũq;, nõ curo: pp magnitudinem. n. litis ponit de hr̃ditate

*: ¶ Itẽ tria. Casus. apertus est, & nõ ipsius est difficultas rõnum cõficiendarũ, l. si is q. §. fi. ff. eo. & ne multitudine negociorũ tutore onerato, res pupillares male administrentur: quæ rõ cessat in tutela cõplurium fratrũ, qui idem hẽnt patrimonium: q̃a, ut ibidem dicit̃, non numerus personarũ, sed diuersitas p̃imonij, diuersæq; rõnes conscribendæ expendi debẽt. Affectatæ aũt tutelæ, uel curę, ea ratione non prosunt, quia q̃ sponte, & uolẽs oneri se subiecit, nõ est illi succurrẽdũ. l. ij. § si quis tñ, & §. fi. ff. si quis ca. & c. damnum. de reg. iu. in 6. No. ꝙ affectatum onus non excusat. Item ꝙ tutor plurium pupillorũ fratrum dicitur tutor unius tutelę tantum.] SYL.

c ¶ Itẽ tria onera. Nota, dicit onera: quatuor. n. posset habere tutelas, quę sibi excusationẽ nõ darent, si sint leues

qa eas
ste&asse
ī. le.spa-
onem.§.
alr.ff.eod.
† Itē si al-
era ipsa-
ū, uel ēt
quarta su
peruenieēs
it breui
ēpore fi-
aiēda, pu-
a j. seme
tre,l. non
antum. i
prin. ff. e.

ues uel leuissime. †ut hic. † Itē nota ꝙ dicit, tria onera: tres.n. posset habere, & tñ pro una cōputātur, puta fratrū, ut sequit. Nō enim numerus pupillorū plures tutelas facit, sed patrimoniorū separatio, ut ff.eo.tria.& l.si is. Item qđ dicit non affectatæ: nota, nā si dedisset operam.& sic affectasset eas habere non prodessent, quia non uiderent onerosæ, ut & aliâs qui data opera rei publicæ causa abest, ut ff.ex quib.cau.maio.l.& q data.& facit.ff. siquis cau.l.ii. §. simili.& ff.ad leg.Corne.de fal.l.uxori. §. j.iuxta illud: Hoc portat leuiter, qđ portat quisq; libenter. Item hæc tria onera in domo una esse sufficit: ut si pater uel filius gerat, omnes excusentur: sed non computent, si ob alium tutorem teneant, ut ff.e.l.diximus. §. fi.& l.seq.& ff.de ritu nup.siqs tutor.

**Adde, ꝙ etiā una tutela, si tā diffusa & negotiosa sit, ut pro pluribus cedat, excusat ab onere scdæ tutelæ, nā in his excusationibus attendit ad difficultatem administrationis. l. si is qui.uet.cæterum.ff. eo.] Item honorarius hoc nomine nō cōputatur, ut ff.eo l.spadonem.§ si ciuitatis.

SYL.

*¶ Honorarius tutor est, q honoris tantum gratia datur, non ut administret.l iij.§.si parens.ff.de admi.tut.]

ADDITIO. Itē duæ excusationes imperfectæ diuersi generis, puta duæ tutelę cū duobus filijs, nō faciūt unam plenā.l. excusat.§.amplius. ff.eo.Ang.

SYL.

*¶ Sed & pp. Casus clarus est, & in utroq; casu ratio exprimitur in tex. Noluerunt.n.ll. quempiam obligari ad impossibilia, & preterquā ꝙ satis inhumanum esset, ut q suo labore victū sibi q̄rere necesse hēt, aliena negocia suis posthabitis agere cogeret, tū ēt dānosum esse pupillo hunc habere, qa uel segniter res ei' gerere p̄ inopi[illegible] uel nō ex fide.l.pe.ff. eo. quæ

¶ Paupertas, & infirmitas, propter quam quis nō potest proprijs negocijs supesse, excusant.h.d.ex l. paupertas.& l.non solum in fi.ff.eo.

¶ Sed & pp paupertatē excusatio nē tribui, tā diui † Fratres, quā per se diu' Marcus rescripsit, si quis impare[a] se oneri iniūcto possit docer[b]

rōnes militāt etiā in casu aduersæ ualetudinis. Quid.n.tā impiū excogitari posset, q̄ si is, q ne suis qdem negocijs superesse pōt, aliena curare cōpelleretur cū summo etiā pupillorū dāno? No. ꝙ paupertas nō præsumitur, sed debet probari. Itē ꝙ præstat excusationē à munere publ. co. Itē ꝙ non oīs mala ualetudō prēstat excusationē, sed ea propter quam suis rebus superesse non pōt.

† & M.Anton. & L. Verus.

*¶ Adde, quòd in pluribus alijs casibus fauetur paupertati contra ordinarij iuris regulas, quos uidere est relatos apud Alcia.li.j.de uerb.sign. qđ tamen limita non habere locum, ubi quis incidisset in paupertatem culpa sua: quæ ordinata esset ad casum paupertatis. nam tunc nusquam ei subuenitur. l. bona fides. ff. de posi.l.pet.de iu.do.& tradit Alex. latè in l. quāuis. sol matr. nisi aliâs fame periturus esset, ut ait Alex.ubi s. & Dec. in c. Pastoralis.§ uerum.col.iij.de ap.]

a¶ Impatem.i. si non habeat tātum in bonis, quantū & pupillus, cui dat tutor, ut hic, & ff.eod.l.pauptas. aliâs aūt dicitur pauper, q nō habet quinquaginta aureos in bonis, ut ff.de accu.nōnulli. Vel dic uerius eū esse hic pauperē & imparem oneri, q hic laborib' est implicatus pp paupertatē, ut tutelæ superesse nō possit, cū fortè in agro eū tota die esse oporteat. Nec enim placet prima expositio, cū hoc munus magis obsequio psonæ, quā in aliqua erogatione consistat: unde paupertas talis nō nocet, dummodo possit superesse tutelæ, ut ff. de mu.& hono.cura.§.inopes.& j.titu.j.§. fin.

Pauptas aliqñ non excusat à tutela.

SYL.

¶ Adde cōiter teneri, paupertatē distingui arbitrio iudicis, attēta qualitate psonarū, & pātrimoniorū, nisi aliter nominatim cautum sit, ut per doct. in l. si constante.in i.q.Bar.ff.sol. mat.]

b¶ Docere, idest probare.

a ¶ Aduersam ualetudinē. Vt si ē surdus, uel mut', uel ppetua ualetudine detentus, ut C. qui mor. l j. q morbus ꝓut durauerit, excusat: sed furor nō excusat, sed interim curator daī: ſm lo. ut ff. eod. l. nō solū §. si. & seq. duabus. ll. vsq; ad §. sūt & alij. Sed quidā ex supradictis, etiā si uelint, nō admittūtur: ut surd', & mutus, ut ff. de tu. l. j. §. pen. & §. fina. Quare dic, ꝙ quantū ad eos impropriè ponit excusatio, ut ĩ. eo. §. minores.

† Intellige suā nō ēt suorū, ut pris, & filiorum, quia tunc non excusatur, sicut nec ab alijs muneribus psonalib. l. ult. C. qui morbo.

¶ No. ignorantiā literarū excusare ā munere publico. Item ꝙ q̃uis sit q̄s diligens ad administrandum negocia, si nesciūt literas, reputaī insufficiens muneribus publicis.]

Literati ignorantia, an excuset à tutela.

¶ Item pp aduersā [a] valetudinē, † pp quam ne suis quidem negocijs interesse pt, excusatio locum hēt.

¶ Qui literas nescit, a tutela excusaī, tametsi aptus sit negocijs gerendis. h. d. ex l. athletæ. §. fin. ff. eod.

¶ Similiter eos, q literas nesciunt, [b] eē excusandos diuus Pi' rescripsit, quamuis & imperiti literarū possint ad administrationem negociorum sufficere.

¶ Datus tutor in testō pp inimicitias, excusationē hēt: qui uero ꝓmisit administrationē, excusationem pdit. h. d. ex l. athletæ. §. dat. & l. spadonē. §. j. ff. e. Arc.

¶ Item si pp inimicitias [c] aliquē

b ¶ Literas nesciunt. Et simplices sūt, uel rudes: aliud si sunt sagaces ĩ negocijs: tūc .n. nō excusantur, ut subijcit q̄uis &c. ut ff. eo. athletę. §. pe. & fi. Et no. literatō ad aliqua admitti, ad quæ nō recipitur illiteratus, † ut C. de postu l ij & in auth. de iudi. §. f. colla. vj. Et nor. melioris conditionis esse sapientem, quàm stultū.

† Sic in cano. literatus pōt obtinere beneficiū, ut c. cùm nīs extra d̄ cel. p̄bēa.

a *Declata hoc procedere in tutela delata postq̄ incidetint ĩ morbū, nā tūc nec uolētes admitterentur. l. agnato §. ult. ff. de leg. tut. secus aūt si fiant surdi, aut muti, post susceptā tutelā. d. l. post susceptā. & l. ēt si tutor. ff. de aucto. tut. ratio autē est, quia hoc casu possunt constituere actorē suo periculo, qui tutelam gerat. §. fin. ĩ. de cura. qđ non licet in priore casu, q̄a datio eorū in tutores nulla est.]

SYL.

SYL. ¶ Sanctæ. Casus. Quærebatur qd sanctum diceretur. & rn̄det Imperator, ꝙ portæ & mœnia ciuitatis: cuius cōtrariū uidebatur: quia nō uidebantur ea esse in bonis nullius, sed publica, sicut uiæ, theatrum, & similia, seu magis uniuersitatis: cōtrariū tn̄ dicit ex ratione assignata in tex.* non quidē abnegādo quin sint uniuersitatis uel publica, sed quia addita est his alia qualitas, ꝙ sanctione quadā firmata sunt, iccircò sancta dicūtur, exemplo earum partium legum. quæ sanctiones appellantur.] Not. q̄ dicantur res sanctæ, & quare. Item ꝙ ualeat argumentū ab allusione uocabuli, Item ꝙ pœna capitalis ē in transcēdēte muros ciuitatis Romanæ. Itē quæ ꝓpriè dicantur sanctiones: quā quidē deriuationē approbat ēt Macrob. lib. 3. Saturna. c. iij. qd autem & vnde dicatur sanctum, docet Bud. in titu. ff. eo. in suis annota.* vt autē rectè percipiatur qd sit sanctio, sciēdum est olim moris fuisse, cum aliqua. l. rogabat, & in scriptis redigebatur, vt postea quā apposuissent omnia, legis capita, in extrema parte adderēt quoddam aliud caput, quod sanctionem uocabant, in quo pœna aduersus illos statuebatur, quia contra capita suprascripta fecissent.]

* † ad hunc §. uide Bud. ī Annotat. ad Pandec. in l j. ī prin. de iust. & iu. ubi agit d̄ verbo, sanctū.

d ¶ Muri. scilicet ciuitatis Romanæ, ¶ Et tune est pœna capitis. l. fin. ff. eodem. & ibi not.] SYL.

* ¶ Adde, ꝙ uetus lex Romuli fuit his uerbis. Mœnia sacrosancta sunto: quā uidetur Cice. significasse lib. 11. de nat. Deo. cū ait, muros à Pontificibus habitos esse sanctos, quos uiolare nefas esset. Sanè, licet Iustinianus dicat & portas sanctas esse: olim tn̄ sanctas nō fuisse, sicut muros, liquet ex Plut. in Problema. qui plures huius differentiæ causas recenset.

¶ Quid de ciuitate alia, uel castro? Rn̄. nec ibi quicquā facere licet sine auctoritate Pręsidis, ut ff. eo. sacra. §. muros. † Vel forte uniuersitati licet. non priuato, ut C. de ope. pub. l. oēs. † Adde l. sanctū. §. vlt. eo. tit.

¶ In tali casu punitur extra ordinem arbitrio iudicis. l. j. in fin. ff. ne quid in lo. sacro. SYL.

e ¶ Sanctos. i. firmos, Sancio sancis:

non

non calce uel lapidibus, ſed lege fir-
matos: ut ſequitur.
a ¶ Deliquerint ſ. tranſcendendo, vel rumpendo: ſicut fecit Remus frater Romuli, ut hic. & ff. eo l. fi. vñ Luca-
Lucanus. nus: Fraterno primi madue- runt ſanguine muri.
b ¶ Conſtitui- mus, ut C. de le. & con. l. nō dubium. Acc.
SYL. * ¶ Declara, ut docui in fi guratione ca- ſus: nihil .n. fa- cit. l. nō dubiū. ad uerū intel- lectū hui⁹ loci.
c ¶ Sāctiones. in ſtricta ſigni ficatiõe. Qñq; ponitur largi⁹ ꝓ qualibet im periali lege, ut C. de no. co. fa. §. quibus. ibi, colligentes ve rò &c. Qñque largiſſimè pro collectione totius iu- ris ciuilis, ut in prœ. ff. in prin.
Diuiſo. ¶ Singulorum. Iſta ē ſcda pars prin- cipalis huius tituli, quæ diuiditur in quinq; partes principales. Primo, qua liter acquirunt nobis res, quæ in nul- lius bonis ſunt. Scdo, qualiter acqui- runt ea, q̄ ſunt alterius, ex facto no- ſtro, ex permiſtione, uel fabricatione. Tertio, qñ uſufructuarius, uel bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, & qd cōtineatur appellatione fructuū. Quarto ponit unū caſum exceptiuum à prima parte: uidelicet ꝙ ea, q̄ ſunt in nullius bonis, non tamen in totū efficiuntur occupantis. Quinto, quan do per traditionem uel non in per- ſonam certā uel incertam dominium transferatur. Secunda ibi in §. Cū ex aliena materia. Tertia ibi, Siquis aūt. Quarta ibi ī §. Theſauros. Quinta ibi
SYL. in §. Per traditionem. Ang.
¶ Caſus nō figurat in diuiſione. No.

cōſtituta ē in eos, q aliquid in mu- ros deliquerint.[a] iō & legū eas par tes quibus pœnas cōſtituimus[b] ad- uerſus eos, qui contra leges fece- rint, ſanctiones[c] vocamus.

¶ Res fiūt noſtrę aut iure naturali, aut iure ciuili: & à vetuſtiori in- choandum eſt. h. d. ex l. j. ff. de acq. re. dom. Angelus.

¶ Singulorum au tem hominū mul tis modis res fiūt. Quarūdam enim rerū dñium nāci- ſcimur iure natu- rali, qđ (ſicut dixi mus[d]) appellatur ius gentium, qua- rundam uerò iu- re ciuili.[e] Cōmo- dius eſt itaque à vetuſtiore[f] iure incipere: palā eſt autem uetuſtius eſſe ius naturale, qđ cū ipſo genere humano rerū na- tura[g] prodidit.[h]

ꝙ appellatione multorum, ueniunt duo, ſm cōmunē intellectū. Item ꝙ ius gētium appellatur ius naturale. Itē ꝙ ius gentiū eſt antiquius iure ci uili. Itē ꝙ à vetuſtiori inchoandum eſt. Item quód ius gē. productum eſt cum ipſo genere hu mano à nā. Itē qñ iura ci- uilia locum & principiū ha- buere. Itē ibi ll. ſcribi cœpe- rūt, quòd ad ſubſtantiam .l. nō requiritur ſcriptura: ſed tamē hic tex. probat contra- riū: quia etiā magiſtrat⁹ crea ri cœperunt, qui ante non erant: ergo ll. ſcribi, quæ an- te non erant, non dico ſcri- ptura, ſed ipſę ll. & ita intelligit Deci. in rub. de con ſtit. in iij. col. Tum hic tex. poteſt op- timè probare utrunque intellectū.]
d ¶ Diximus. Sed ubi ? Rñ. ſ. de iure natura. §. j. ibi, qđ uerò naturalis: Vel ſ. de iure natura. §. ſed naturalia. Vel
SYL. melius ſ. eo §. & quidem.
* ¶ Vltima opi. verior eſt: nā nec ī §. quod uerò. nec in §. ſed naturalia. ius naturale appellatur ius gentium, ſi- cut in §. quidem.
e ¶ Iure ciuili. Vt vſucapione, arroga tione, ſucceſſione, deportatione, mo- nachatione, de quibus incipiet dice- re, infra de uſucap.
* Adde glo. in uerb. noſtræ. l. j. ff. de acq. re. do. & Bar. in l. in rem. in prin. ff. de rei uend. Et quibus modis pro- betur dominium, docet ampliter. Iaſ. ī. de actio. §. j. col. 13.
f ¶ Vetuſtiore. ſic. ff. đ iu. immu. l. ſp.
g ¶ Rerum natura, ideſt Deus.
h Prodidit. Ideſt ſtatim cōꝑeraut Deus.

STL. Deus gentes, statim fuit ius gẽtium: * ¶ Adde, q̃ ꝓdidit hoc loco exponẽdũ est ꝓdedit, & ĩ eẽ emisit, sicut j. si quad. pau. fe. di. prodita actio dicitur, idest data & concessa, non autẽ inuenta: & si. mili mõ accipiẽ in §. huic autem. j. de actio.]

fundũ. l. iniuriarum. §. fin. ff. de iniu. * Deinde fuit quæsitũ, an perfectè ꝑ occupationẽ hæ res acquirantur, ita ut sine facto nostro illas nõ amittamus: & uidebat̃ q̃ sic per. l. id quod. ff. de regu. iur. attamen deciditur nostras esse desinere, si rursus se in naturalem libertatem receperint: hoc autem statutum est, ut auferatur occasio rixandi: q̃a captis postea eisdem ab alijs, facilè in contẽtionem ueniret, utrũ illius essent, q̃ prius cęperat illas, an nullius, ut nunquam ab aliquo captæ.] No. elicianture clarè per te ipsum.

Ciuilia autẽ iura tunc esse cęperũt, cũ & ciuitates cõdi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt.

¶ Ferę, uolucres, & pisces capiẽtibus etiã in alieno cõceduntur: quæ durant capientis, quousq; custodiã eius non effugerint: & dñs pt prohibere, ne uenãdi, aut aucupãdi gratia fundũ eius ingrediatur, si præuiderit. h. d.

¶ Ferę [a] igitur bestię, et volucres, et pisces, & oĩa aĩalia, q̃ mari, cęlo, [b] & terra nascunt̃, simul atq; [c] ab aliquo capta fuerĩt, iure gentium statim illius esse incipiũt. Quod † n. ante nulli⁹ est, id

STL. ¶ Feræ. Casus. Quęrebat exẽplum eorum, quæ iuregentiũ nostra efficiebantur: & respõsum est, quòd aucupiũ, piscatio, & uenatio, acquirebant nobis iuregẽ. feras, aues, & pisces. & assignatur ratio, quia, cùm natura ipsa mũdi decori, & utilitati hominũ, ea oĩa creauerit, nec huic aut illi loco ascripserit, uoluit ea omnibus cõmunia eẽ, & ita q̃ nullius sint, possint tñ omniũ effici, & ideò occupanti concedantur. Sed tunc fuit dubitatũ, an si capta sint in fundo alieno, sua sint: & dubitãdi rõ erat, quia tũc cũ erant in illo fundo, uidebantur quasi accedere fundo, & esse quędam pars & accessoriũ ipsius: unde uidebatur iniquũ, q̃ ex fundo alieno quid cõmodi dño inuito caperetur. cuius cõtrariũ dr̃ ea rõne, quia nulli particulari loco sunt ascripta hæc animalia, adeò q̃ quamuis in alieno fundo capta fuerint, nõ per hoc erãt min⁹ in bonis nullius ante capturã. Sed & fuit adiectũ, an dominus posset uenatorem aut aucupem prohibere, ne fundum suum ingrediatur: & uidebatur q̃ non, gratia exercendi aucupij, & persequendi ferã, quã persequi quocũque iuregen. licebat: tñ cõtrarium dr̃ de iure ciuili, si præuideat est enim iniuriæ species contra uoluntatẽ domini ingredi ipsius

a ¶ Feræ. Quia à uetustiori incipiendum est, igitur &c.

* ¶ Adde, feras bestias accipiẽdas eẽ ex presenti magis feriate, quàm ex animalis genere, nam quid si leo sit, sed mansuetus, uel alia dentata mansueta? utiq; feræ bestiæ non sunt. l. j. § bestias. ff. de postul.

b ¶ Cœlo, idest aere.

c ¶ Simulatq;, idest statim postq̃ &c. Sed nunquid res sacræ conceduntur occupanti, ut s̃. e. §. nullius? R̃n. Res dicitur esse in nullius bonis sex uel septẽ modis. Natura, ut hic. Facto, ut infra eo. §. pe Item tempore, ut ff. de acqui. re. do. l. nũquam. §. thesaurus. & in his tribus locũ habet hæc regula: nisi q̃ in thesauro de æquitate dimidiũ dño soli restituitur, ut infra e. §. thesauros. Item censura, ut s̃. e. §. nullius. Itẽ casu, ut in hęreditate iacente, quæ uicẽ domini repręsentat, ut infra de stip. ser. in prin. Itẽ culpa hominis, ut si eijciã seruum ægrotãtẽ, ut C. de lat. li. tol. l. 1. §. sed scimus.

† Intelligẽ, si id uenire pt in hominum commercium: regula. n. supponit cætera habilia. c. 1. de xta. & quali.

Res dicitur esse in nullius bonis septẽ modis.

& etiam hic. Item iuris naturalis cōstitutione, ut liber homo, ut ff. de ver. ob. l. inter stip. §. sacram.

a ¶ Nec interest, quo ād acquirendū dominium.

in l. diuus. ff. de ser. rusti. prę. vt refert Cępol. in trac. de seru. c. de aucup. tradit hāc gl. defendi posse, ū fundi fructus cōsistat in venatione vel aucupio, ut tunc captū prohibēre dño fundi, non efficiatur capientis, per l. venationē. ff. de vsuc. & l. vsufructuarium. ff. de vsufru.

b ¶ Venand. i. Aliud si causa requirendi fugitiuū meū, vt C. de ser. fu. l. 2.

* ¶ Melius facit. l. 1. §. hoc autem. ff. de seru. fugi.] qd in odium seruorum inductum est: secus in aliis rebus, nisi sint indicia: quia non perquirūtur in fundis, aut domibus alienis, ut hic per doct.]

† aliàs id.

† uid pulcherrimū text. in l. diuus. ff. de ser. rustí. prędi.

c ¶ Vel glādis colligēdæ causa, ut ff. de glan. le. l. 1. vel ut recipiā pecuniam, quā ibi abscondi, ut ff. de exhi. l. thesaur. uel si uindemiam quā emi, tollere me uenditor prohibeat, ut ff. de act. empt. l. q pendentem.

nāli rōne occupāti concedit. Nec [a] interest feras bestias, & volucres, vtrū in suo fundo qs capiat, an in alieno. Planè q alienū fundū ingreditur venādi, [b] aut aucupādi grā, pōt à dño, si † is puiderit, prohiberi, † ne ingrediat. [c] Quicquid aūt eorū cęperis, eousq; tuū esse intelligit, donec tua custodia coercet. Cū uero tuā euaserit custodiā, & in libertatē [d] nālem sese receperit, tuū esse desinit, & rursus occupātis fit. Nālem autē libertatē recipere intelligitur, cū vel oculos tuos effugerit, uel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis [e] sit eius persecutio. [f]

¶ Sola vulneratio ferę non facit eam suam, nisi capiatur. h. d. ex l. naturalem. §. illud. ff. de acq. re. do.

¶ Illud [g] quæsitū est, an si fera bestia, ita vulnerata sit, ut capi [h] possit, statim tua esse intelligatur. Et quibusdā placuit statim esse tuam: & eousque tam videri, donec eam persequaris: q si desieris persequi, desinere esse tuā, & rursus fieri occupantis. Alii uero putauerunt, nō aliter tuam esse:

d ¶ In libertatem, i. laxitatem, vt statim sequitur, vt ff. de acqui. rer. do. l. naturalē, & l. Pomponius.

e ¶ Difficilis, i. impossibilis: sic ff. pro soc. l. de illo. & e contra. ff. de iis qui deie. uel effude. l. 2.

¶ Male exponit gl. quia arbitrariū est cognoscere an ita effugerit, ut libertatem receperit, ut & de mente gl. in seq. §. in verbo capi.]

SYL.

f ¶ Persecutio. Sic ff. de acquir. pos. l. 3. §. Nerua.

SYL.

¶ Adde idē, si uia erat diruta. l. si locus. §. fi. ff quemad. ser. amit.]

c ¶ Ingrediatur. Quid si post prohibitionem qd cęperit? Rň. nō facit suū, † ut C. de rei ven. si fundum & l. certum. & facit. j. e. §. apum. uer. planè.

† cōtrariū tenet gl. in l. diuus.

SL. rust. præ. & in §. apum. j. e.

¶ Hæc gl. communiter damnatur: tenetur tamen actione iniuriarū. l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniu.

** Rō aūt est, quia solus ingressus est prohibitus, non ēt captura. Floria. tū

¶ Illud. Casus non figurabit, quia in tex. disputatur, & assignatur rō dubitandi & decidendi. Not. modū cōlulendi, vt primo adducant rōnes partis cōtrariæ, postea suæ, tertio ponat opinio. Itē no. inspici qd euenire pōt. Item q vulnus ēt tale, ut fera ita affecta, ut q capi possit, non facit eam vulnerantis, sed exigitur captura.]

g ¶ Illud. Sic ff. de acq. re. do. l. naturalem. §. illud.

h Capi possit. Cōsiderata natura hominis

minis, & animalis, nõ diuinã possibilitate: sed nec oĩno facilitatē ꝯsidero.
a ¶ Sed posteriorē. Sic ff. e. t. l. laqueũ.
a ¶ Adde ꝙ priorem sententiã, quæ fuit Trebatij. amplexa est cõsuetudo, & ita seruat, ut etiã attestatur Accur. in §. seq. sup uer. examen. & in d. l. naturalē. in uer. ueri⁹.]
b ¶ Accidere. licet enim ꝓbetur vnum, idest eam vulneratam, nõ tamē sequit, ut capi possit, ut C. de ꝓba. l. neque natales.
c ¶ Non capias. Nota ꝙ inspicitur, qđ euenire põt, sic ff. lo. l. si qs domũ. §. idē quærit, si sum ptus. & ff. ad treb. l. Luci⁹. §. pen & ad l. falci. l. in quantitate. §. magna. & ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per prætorē. §. si feriæ. & ff. de ser. ru. præ. l. qui sella. §. 2. & de dam. infe. l. qui bona. §. inter arg. tamen contra. ff. de pec. l. eo tempore. r. respon.
¶ Dic ꝙ ideo ibi non inspicit, quia ſm naturam non erat possibile, cùm nihil esset in peculio, ſm Ang. hic, vel non erat ciuilis aut honestus, secundum Christ. hic.
** Adde quod & fera bestia exempta ex alieno laqueo, in quē inciderit, fit occupantis l. in laqueũ. ff. e. ti. qđ tñ declara verum esse, nisi adsit statutũ, uel consuetudo loci in cõtrariũ. Circa vero id, qđ inspiciatur quod eueniri põt, intellige id maxime procedere, cũ est ex dispositione legis aut statuti, d. §. si feriæ. qđ multis aliis comprobat auctoritatibus Tiraq. de retra lignag in §. 1. gl. 18. nu. 41. & 42.]
¶ Apũ. Caius. Dubitabat, an si apes in arbore mea cõsederint, meę intelligãtur factæ, ac si cęperim: & videbatur ꝙ sic; quia ex quo se in arbore mea incluserunt, & ibi fauos fecerũt, videbãtur effectæ pars & fructus arboris meæ: cuius cõtrariũ respondetur, quia eãrum natura fera est; & non magis fiunt meæ q̃ aues, quæ nidũ posuerunt in arbore: qua ratione oĩa sub sequentia deciduntur.
* Hoc tñ intelligendũ de apibus, quas natura absq; hominum cura produxit: nã quæ hominũ studio pascuntur, incluseq́ue seruantur, tãq̃ occupatæ illorũ esse intelliguntur, donec reuolare non desinunt. No. ꝙ in apibus, quarũ natura fera est, necessaria est occupatio ad translationē dominij. Itē ꝙ eousq; dñium retinet, quousq; non est difficilis persecutio.]
d ¶ Apum. Concordat. ff. de acqu. re. do. l. naturalem. §. apum.
e ¶ Fera, idest non mansueta.
* ¶ Adde. ꝙ Plin. natura. histo l. 11. c. 5. scribit apes esse mediæ naturæ, idest nec mansuetæ, nec feræ.]
f ¶ Alueo. Vas est, ubi apes manent. Quandoque pro loco, ubi flumē currit, ponitur, ut ĩ. eo. §. insula.
g ¶ Incluserit. qđ Bul facere noluit, I his similibus dicēs: Magis timeo scãdalum, q̃ futurum iudicium, ut no. ff. de acq. re. do. in l. in laqueum.
¶ Et hæc cõmuniter tenetur, vt attestatur hic Christo.]
h ¶ Dominus erit. Nec furti tenetur, ut ff. de furt. l. si apes.
i ¶ Integra re, idest anteq̃ intrer, uel priusquam

q̃ si eam cęperis. Sed posteriorē [a] sñiam nos confirmamus, ꝙ multa accidere [b] soleãt vt eã nõ capias. [c]

¶ Apes occupanti cõcedunt, & earũ faui: põt tñ dñs fũdi prohibere igredientē: & quodex alueo tuo examē euolauerit, eousque tuũ est, quousque ꝓsequeris. h. d. ex l. nãlē. §. apũ. ff. de acq. re. do.

¶ Apũ [d] quoq; fera [e] natura est. Itaque apes, q̃ in arbore tua cõsederint, ante q̃ à te alueo [f] includant, ñ magis tuæ intelligunt esse, q̃ volucres, q̃ in arbore tua nidũ fecerint: ideoq;, si alius eas incluserit, [g] is earum dominus [h] erit. Fauos quoq;, si quos effecerint, eximere quilibet põt. Planè integra [i]

SYL.

Alueus duo significat.

Scãdalũ timēdum est.

SYL.

re, si præuideris[a] ingredientē fundū tuū, poteris eū iure prohibere, ne ingrediatur.

¶ Examē[b] quoq;, qđ ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligit̃ esse tuū, donec ĩ ꝯspectu tuo ē, nec difficilis persecutio eius est, alioquin occupantis fit.

¶ Pauonū, colūbarū, & ceruorū fera natura est: & animū reuertendi habere desijsse creduntur, qñ reuerti desueuere. hæc ex l. naturalē. §. pauonum. ff. de acquir. rer. dom.

¶ Pauonū quoq; & colūbarū fera[c] natura est: nec ad rē[d] pertinet, ꝙ ex cōsuetudine euolare et reuolare solēt. nā & apes idē faciūt, quarū[e] cōstat ferā esse naturā. Ceruos quoq; quidam ita mansuetos habent, ut ĩ syluam ire & redire soleant: quorum[f] & ipsorū[g] feram esse naturā, nemo negat. ¶ In ijs aūt animalibus: quę ex cōsuetudine abire & redire solēt: talis[h] regula cōprobata est: ut eousq; tua esse intelligātur: donec animū reuertendi hēant. Nam si reuertēdi animū habere de

priusquam eximantur. ** Adde, ꝙ potest prohiberi propria auctoritate. l. quēadmodū. circa prin. ff. ad l. aquil. & not. glo. in l. 3. in uer. planè. de acqui. rer. do. potest etiā cū eo agi actione iniuriarum si me inuito ingrediat̃. l. iniuriarum. §. si quis me. ff. de iniur. Sunt tamē plurimi casus, quib. alienum prędium ingredi licet; quorum aliquot enumerat gl. ī. in §. feræ. in uerb. uenandi. & in c. omnes. prima dist. quibus addit plures alios Cæpol. de seruit. rust. præ. c. 1.]

a ¶ Præuideris. qđ si fuerit ingressus, an poterit retinere eum, ut det quod acceperit: cū homo quilibet possit ꝓhibere, ne quis intret fundum suum? Respō. cùm dominus factus sit per occupationē, nō uideo quare desinat esse dñs. arg. huius §. qui tantum præuidenti consulit.

Examen triplicitur accipitur.

b ¶ Examē. i. uniuersitas apū: aliàs ꝓ approbatione ponit̃: aliàs ꝓ iudicio, ut C. de aduo. diuer. iudicio. l. nemini. Et fortè seruatur aliud de cōsuetudine ĩ hoc §. & ĩ superiorib' duob'.

SYL. * Dic ꝙ hic accipit̃ pro fętu apū, si noua illa sobole, quam, cùm grandiuscula est, parētes alueo emittūt, ut nouas sedes sibi cōparet: non autē accipitur ꝓ collectione apū aluearibus inclusa, q̃ mellificat, & iā nostra est. Et dū dicit glo. ꝙ fortè aliud seruat̃ de consuetudine; adde quód non est credendum Doctori testanti aliquid esse de consuetudine, s̃m Alexand. in le. post dotem. col. pen. ff. sol. mat.]

* ¶ Pauonum. Casus non est aliter figurandus, quia tex. ex se planus ē, & Imper. ipse ponit rōnem dubitandi, & respōdet. Not. summarium. Item ꝙ actus sequēs demōstrat, qualis fuerit intētio præcedens.] SYL.

c ¶ Pauo. Fera, idest non prorsus domestica, uel mansueta.

d ¶ Nec ad rē pertinet, idest nō obstat ijs, quæ diximus. ** No. ex hoc tex. & glos. ꝙ data instantia corruit argumentum.] SYL.

e ¶ Quarum. scilicet apum.

f ¶ Quorum. Scilicet ceruorum in genere.

g ¶ Ipsorū. s. & singulorum in specie.

h ¶ Talis regula. Hic nota tria gña animaliū. Māsueta, ut sunt gallinæ, ĩ qbus hēt locū hæc regula, ut ubicūq; sint, dñi esse intelligātur, ut ĩ. proxi. §. Itē fera prorsus, & in his hēt locū alia regula, quia occupanti cōceduntur, supra eo. § feræ. & §. illud. & §. apū. & §. examē. Itē fera naturaliter, sed accidentalr̃ māsueta: † & ĩ his obtinet hæc præsens rĝa. & facit ad hoc. ff. eo. l. naturalē ꝑ totā, usq; ad §. fin.

Animalium tria sunt gña. † Ista glo. reprehenditur per doct. hic: quia apū natura nō ē adeò fera, q̄n mutari possit: secundum Por. hic.

Desierint.

a Desierint. exteriora indicant animi secreta interiora: facit ff. de ædil. edic. l. si tamen. §. ij.
a Not. ꝙ actus sequēs demonstrat qualis fuerit intētio pcedens. ita no. hoc tex. Dec. in l. perēs. nume. 12. C. de pact.]

ADDITIO.
Et hoc cōprehenditur, si vi so dño vel familiarib. non redeūt, vt solebāt, nisi per aliquos dies hincinde, nō tñ si in syluis aberrassent, secundū Ang.

¶ Gallinarū. Casus Apum, ceruorum, pauonum, & columbarū exēplum dubitationem faciebat i casu nostro: cuius cōtrariū tamen deciditur, eo ꝙ nā earū nō est fera: & iō non minus suæ sunt, cū euolant, q̄ qñ stant: & in eis furtū fit. No. gallinarū & anserū duplicē eē spēm. Itē ꝙ gallinarū dñium nō amittimus, eo ꝙ exeāt conspectū: rō est: qa nunq̄ fuerunt liberæ, & ideò non reuertūtur ad libertatē. Item ꝙ furtum non committitur sine animo: & potest fieri etiam in vna gallina]

fierint, a etiā tua eē desinūt, & fiūt occupantium. Reuertendi aūt animum vñr desinere hr̄e† tunc, cum reuertēdi ɔ̄suetudinē deseruerint.

¶ Gallinę, & anseres, quis conspectum exierint, nō desinunt esse nr̄ę: & qui aīo lucrandi ea retinet, furtū facit. h. d. rz. l. naturalem. §. fi. ff. de acq. rer. do.

¶ Galinarū b† aūt & anserum nō est fera natura: † idq; ex eo possum in telligere, ꝙ aliæ sunt gallinę, quas feras c vocamus: item alij sunt anseres, quos feros appellam. Ideoq; si anseres d tui, aut gallinæ e tuæ aliquot mō turbati f turbatæve euolauerint, licet ɔ̄spectū tuū effugerit, quocunq; tñ loco sint, tui tu ęve eē intelligunt: & q g lucrādi animo ea animalia detinet, furtum committere intelligitur. †

teruenial, vt ff. de fur. l. j. §. fi. Sed nūqd dolus sit i vno ouo? Rñ. sic, sed d̄ dolo nō agit in re minori duob. aureis, vt ff. de do. l. si oleum. §. fi. & l. se.
¶ Sed quare nō agit de dolo cū quo agit furti, vt hic? Respon. furtū fit plerunq;. & ideò frequēnius puniendum. Fm Ioan. vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fi.
¶ De hac ratione & eius veritate dixi latiùs in l. ut vim. ff d̄ iust. & iu. * at Ioā Fa. ait ꝙ actio ne de dolo agit ad rescindendū actum cōsēsu partiū firmatum, qd̄ difficilius est tollere: & iō non datur p modico. l. scio. ff. de in inte. rest. l. res bona. ff. de ɔ̄hen. emp. quam rōnem approbat Ange. pro cuius cōfirmatione. * & illud addi pōt, ꝙ furtū hēr nescio quid casus fortuiti, q vix humana rōne prę uidetur. glo. in l. cū duobus. §. dāna. ff. pro soc. dolus à contrahentibus facilius pręcaueri potest.]
¶ Et no. ex hoc §. quælibet actio dat pro vno nūmo dat, vt ff de dam. inf. l. si proprietarius in fi. j. rñ. & ff de cō iun. cum eman. li. l. j. §. illud. sed fallit in casibus: Vt ecce, si commodo tibi seruum, & tu eum alis, non repetis à me expensas modicas, vt ff. cōmo l. in reb. § possunt. & ff de impē. in re. do. fa. l. omninò. Et excepta actione doli, vt dictū est. Item excipe qd̄ est. ff. de dam. infe. l. ex damni. in prin.
¶ Item, ꝙ est in l. scio. ff. de in integ. rest. q a iō remediū est extraordinarium

b ¶ Gallinarū. Scilicet omnium, vt statim innuit. Vel dic singularū in specie. [cie.
c ¶ Feras. vt phasianos.
* Varro li. de re. rusti. 3 c. 9. & Colū. lib. 8. c. 2. tradunt tria gña gallinarū.]
d ¶ Anseres, scilicet domestici.
e ¶ Gallinę, scilicet domesticę.
f ¶ Turbati. vt per uulpē, vel miluū.
g ¶ Qui lucrandi animo. Scilicet vt hēat pennas, vel oua: aliàs n. ñ cōmititur furtū, nisi lucrandi animus in-

† aliàs nō est tunc.
SYL.
† aliàs quoque.
† aliàs id quod.
Furti actio i modico, non autē actio de dolo.
SYL.
† aliàs ca- su.
† Facit in procemio. decre. in gl. ult. vbi dr, ꝙ pro vna gallina, furtū cōmittitū post mediū glo. & gl. fi. in e. in c. cum te. extra de re iud.
SYL.

rium:regulariter.n.pro quacũq; minima re dat̃ quælibet actio competens de iure cõi. * Sed de isto articulo vtrum & quãdo minimi ratio hẽatur, vide Deci. in c. de appellationibus. in 2. no. de appella.& Alcia. l. 1. de uerb. sign.]

¶ Capta in bello iure gẽ.nr̃a fiunt, etsi liberi hoĩes sint:& eatenᵉ durãt, donec à nobis aufugiũt. h.d. ex l.naturalem.§. fi & l. adeo. ff. de acqui. re. do.

¶ Itẽ ea, q̃ ex hostibᵃ ª capimᵘ, iuregentium statim nr̃a fiũt: adeo qui dẽ, vt liberi hoĩes in seruitutẽ nr̃am deducant̃: qui tñ, si euaserint ᵇ † no stram ptãtem, & ad suos reuersi fuerint, pristinũ statum recipiunt. ᶜ

¶ Inuẽta in littore maris, & nata ex aridibus nr̃is, nobis q̃runt̃. h. d. ex l. item lapilli. & l. item quæ. ff. de acqui.re.do.

¶ Item lapilli, ᵈ & gẽmę, & cætera, q̃ i littore maris inueniunt̃, ᵉ iure naturali...

* ¶ Item ea q̃ ex hostibus. Casus. In regula huiᵘ §. dubiũ faciebat, quòd cũ nihil tã contrarium sit iuri, quàm violentia, non videbatur esse legitimus modus dominiũ acquirendi. Itẽ cũ ius naturale sit immutabile, nõ videbat̃ posse hominẽ liberum ab eo statu deijci, in quo illũ natura creasset. Cõtrarium deciditur ea rõne, quia & bella ratione naturali suscepta sunt ad propulsandam iniuriam, resq; nobis ablatas recuperandas. Qđ uero statutũ est de liberis hominibus, vt fiant serui hostiũ capientiũ, summam hẽt æquitatem, cùm naturæ magis conueniat eos seruari, q̃ interfici. §. ser. supra de iur. perso.] Not. ꝙ capta in bello, ẽt si liberi homines sint, nostra fiunt. Item ꝙ captus recuperat libertatẽ, statim ꝙ ad suos reddit, & euadit custodiã: quæ not. q̃a ambo requiruntur, cùm culpatiuè hic ponant̃.]

a ¶ Quæ ex hostibus. ut quibus populus Romanus bellũ indixit, vel ipsi populo Romano, ut ff. đ capt. & postli.reuer. l. hostes. & ff. de verb. sign. l. si hostes. & l. quos nos hostes.

* ¶ Amplia hunc tex. ut locũ habeat ẽt in locis sacris, & religiosis. l. cũ loca. ff. de relig. Qđ uerò subiicitur de liberis hominibus, vt capti fiant hostiũ serui, hodie non seruatur, si bella inter christianos sunt, ut admonet Bart. in d. l. hostes. in fi. ff. de capt. sed χώρον idest redemptionis pretiũ cogũtur soluere; quod tradit Saly. in l. ab hostibus. 2. C. eo]

b ¶ Si euaserint. aĩo & corpore, vt ff. de ca. l. nihil in prin. † aliàs nostra potestate.

c ¶ Recipiũt. iure postliminij, ut supra qb. mod. ius pa. pot. sol. §. si ab hostibᵘ. ** Adde, idẽ esse in alijs rebus in continenti recuperatis ex hostibus, arg. l. 3. §. eum igit. & l. q possessionem. ff. de vi & vi arm. sunt enĩ prioribus dñis eas agnoscẽtib. restituendæ, arg. l. Pomponius. de acq. rer. do. Idẽ si ex interuallo, dũmõ res imobilis sit. l. si captiuus. §. 1. ff de cap uel ẽt mobilis, in qua tñ ius postliminii sit, ut seruus. l. ab hostibus 2 C. de ca. & res in vsum belli quæ sine dedecore amitti potuerunt. l. 2 ff. de cap. in continenti autem intelligitur res recepta, antequam intra præsidia hostium ducatur. l. postliminij ff. de cap. arg. l. siquis in seruitute. ff. de furt.]

¶ Item lapilli. Casus non figurat̃ in tam noto & claro exemplo: cuius rõ est, quia ea, q̃ in littore maris sunt, in nullius bonis sunt, sicut & ipsũ littᵘ. §. littorũ. s. e. In scđo verò casu, iõ nostra efficiuntur, q̃a rei nr̃æ fructᵘ sũt. §. in pecudum. j. e. No. summariũ.]

d ¶ Itẽ lapilli. Scilicet pretiosi. Et quę sit inter eos lapillos, & gemmas, & margaritas differentia, dic ut ff. de au. & ar. le. l. & si non sunt. §. fi.

e ¶ Inueniuntur. quæ tamẽ nõ sunt alicuius, aliàs contra, ut j. eo. §. fi. ** Adde aliud eẽ, si in agro alieno, secundum

turali [a] statim inuentoris [b] fiunt. ¶ Itẽ [c] ea, quæ ex aĩalib' [d] dominio tuo [e] subiectis nata sunt, eodem [f] iure tibi acqrunt. ¶ Per alluuionem fluminis, i. p incremẽtũ latẽs, res nobis acquirũt, nõ aũt per vim ipsius terrã euellentis, nisi radices arbores miserint. h. d. ex. l. adeo. §. 1. ff. d acq. rer. do. Aret. ¶ Præterea qđ p alluuionem agro tuo flumen adiecit [g] iuregentium tibi acquiritur. Est autem alluuio incrementum latẽs. Per alluuionem autem id vr̃ adiici-

cundum Bal. in l. j. ff. eo. col. 1.

a ¶ Iure naturali. idest gentium, ut supra eo. §. singulorum.

b ¶ Inuentoris. ita demũ si occupet siue apprehendat, † nõ aliàs sm Azo. nam in superiori. §. & in aliis præcedẽtibus de iis, q̃ p occupationem quærun tur, tractatur: unde ꝙ idem ꝓsequaĩ hic viciniras scripturæ innuit, vt ff. de testa. l. heredes §. sed & si notã. & ff. de le. j. si seruus pluriũ. § fi. & aduerbium similitudinis, scilicet jtẽ, qđ est prin. § apertè dat intelligere aliud esse in thesauro, cui' tractatus est valde ab hoc separat', ut j. eo. §. thesauros. & ideo primũ uidẽri & inuenienti, non capienti quærit.

† Hoc ue rũ in uacantib. ut hic, & l si barsarorũ. C. de fideiuss. Qđ no pro statuto: loquẽre de eo qui inuenerit bannitũ. Item non si possidẽtis anim' non concurrat, aliàs solo acquiruntur aspectu.

SYL.

* ¶ Opinio Azo. verissima est, & probatur apertissimè in l. j. in prin. ff. de acquiren. posses.

c ¶ Item ea. Nũc mutat stylũ & mãm, & dicit de iis, quæ acquiruntur p accessionem discretam, & in sequẽti §. præterea. dicit de accessione cõcreta.

d ¶ Ex animalibus. fœ. generis: siue rõnabilib', ut ex ancillis, ut s. de iu. perso. §. serui & C. de rei vẽd. l. partũ. siue irrationabilib. ut ff. de rei uend. l. si frumentum (alias incip. idẽ Pompo.) §. idem scribit.

e ¶ Dominio tuo. Vel quasi. ut si bona fide possides animal irrationale, vt ff. de acqui. re. do. l. bonæfidei. §. fi. non ita in rationali, ut infra e. §. in pecudum. & est ratio, ut ibi.

* ¶ Intellige hũc tex. de dñio. qđ cũ proprietate coniunctũ hẽt usumfructũ. nã alioquin ad usufructuarium pertineret. §. in pecudũ. j. e. & qđ dr̃ hic, nata sunt, declara, ẽt si apud aliũ concepta sunt. l. ult. ff. de acqui. re. do.

f ¶ Eodem iure, scilicet gentium.

SYL.

g ¶ Præterea. Casus non figuratur aliter, cũ optimè declaret seipsũ tex. * si quis tñ uelit figurationem, sumi põt rõ dubitandi ex regula. l. id quod. ff. de reg. iu. ratio autem decidendi in alluuione fuit incertitudo, q̃ cuiusq; esset terra & quanta, quod non est vbi vi. fluminis pars fũdi alicuius applicatur fundo vicini. ultimi autem dicti eadem est ratio, quæ & vsucapionis, nempe negligentia patientis terrã suã cũ fundo vicino coalescere. No. ꝙ allunio est acquisitio iurisgen. & qđ ea sit. Itẽ ꝙ impetus fluminis non põt. alteri applicare fundum meum. Itẽ ꝙ emissio radicũ facit quæri, qđ non esset aliàs quæsitũ.

g ¶ Adiecit. ponendo iuxta tuum prędium.

* ¶ Adde, ꝙ generaliter qualecunq; ius habes in fundo, illud habebis & in ea parte, q̃ per alluuionẽ, accessit. Vñ alluuionis vsusfructus ad fructuariũ pertinet. l. itẽ. §. huic de vsufru sic pignus alluuione crescit. l. si fundus, de pigno. itidẽ & fundus seruiens. l. hoc iure. §. 2. de aqua. quoti. eadẽ rõne redẽpto fundo ex pacto, transibit in redimentẽ ẽt incrementũ alluuionis, Pau de ca. consi. 388. videtur. li. 1. & legatum, cuius dies nõdum cessit. dr̃ interim alluuione augeri. l. quod in rerũ. de leg. j. Idem in multis aliis iuris articulis apparet, quos hic referre operæ pretium non est.]

h ¶ Incrementum, idest augumentũ.

** Materiã alluuionis plenè tractauit Bar. in tract. Tyberiadis, ad quẽ vnusquisque recurrere potest, ubi inciderit aliena dubietas in hac materia.]

SYL.

N 4 Intel-

ci quod ita paulatim adijcit, vt intelligi[a] nō posiit, q̄tuni quoq; tp̄is, momēto adijciatur. Q̄d si vis fluminis de tuo prædio aliquā partē detraxerit, & vicini p̄dio † applicuerit,[b] palā est eam tuam permanere. Planè si lōgiore[c] tempore fundo vicini tui hęserit, arboresque, quas secum traxit, in eū fundum radices egerint, ex eo tēpore † videntur vicini fundo acquisitę[d] esse.

† aliàs appulerit. alààs attulerit.

SYL.

† aliàs videtur vicini fundo acquisita esse.

SYL.

a ¶ Intelligi non possit. licet tota die ibi figas intuitū: & hoc p̄ p̄ imbecillitatē nālis visus, qui tam subtilia perpendere non p̄ōt, ut in cucurbita pater, quę citò crescit, quæ tñ percipi non potest, quantum crescit quoquo momento tēporis. Sed in quodam gn̄e agrorum cessat ius alluuionis, ut in agris militib. assignatis à Principe, qui limitati dicū-tur, vt ff. eo. l. in agris. Quæ sit ratio diuersitatis, dic vt ea. l. in fi.

SYL.

¶ Ex quo. n. agros limitatos certo nū mero iugerū Princeps concessit militibus, ex hoc vr̄ alluuionē prohibuisse, qua is numerus augeretur. l. testa. C. de testa. * Qui aūt dicantur agri limitati, & cur ita vocentur, & de intellectu. d. l. in agris. uide Alcia lib. 1. Prætermis. & lib. 1. Parer. c. 38. * & de hmōi prædijs, quæ q̄nq; à Principibus assignantur veteranis in pręmia, habes tex. in l. Lucius. ff. de euict.

b ¶ Applicuerit. Aliàs appulerit i. apposuerit, vt subijcit, puta crustam terræ forte vineatę & arboratę.

** Quid verò, si in fundū alicuius delata sint vi fluminis ligna, vegetes, vel alię res, velitq; dn̄s agri efferri, quia fortè dānū dēt agro, q̄d agere dēat, docet Veron. de serui. rust. p̄di. c. 27.

c ¶ Longiore. idest longo, s. tanto, ut faciant radices, vt sequitur: vel ēt ipsa terra apposita vnitionē alteri terræ fecerit, cui apponit, vt ff de dam. infe. l. hoc amplius. §. ita demū † Sed q̄uo scitur, q̄n hęc vnitio vel immistio erit facta: R̄n̄ per rusticos, qui talia sciunt, vt in auth. de nō alie. aut permu. § q̄d aūt dictum est. coll. 2

† Quod si non fecerit, poterit de directò vendicari.

* Ex hac gl. collige standū esse peritis in arte, facit. l. j. ff de ven. inspi. & l. semel. C. de re mili lib. 12.]

d ¶ Acquisitæ. Vtilis tñ rei vendicatio priori dn̄o dat, s̄m M. vt ff. de rei ven. l. si frum ētū. (aliàs est l. Idem Pomponius.) §. de arborē. Sed nos cōtra, sed in factū ad æstimationē damni, ut ff. de rei vend. l. in rē. j. §. itē Sed rei vend. non datur, vt ff. de dam. infect. l. hoc amplius. §. Alphenus.

¶ Dic, q̄ aut facto fluminis applicuit, & cessant oēs actiones, aut facto hoīs, & p̄ cedit disputatio præsens.]

¶ Insula. Casus. sic figurari p̄ōt. Quærebaī cuius esset insula in mari nata: & videbatur effici illorū Principū, q̄ dominiū vicinioris terræ hēret, vel saltem q̄ efficeretur cōis, sicut & mare est: contrarium r̄ndetur, q̄ immo, * q̄a nullius, est, efficitur occupantis. §. feræ. s̄. eo. q̄ autē nullius sit, ex eo probatur, q̄ nihil aliud est insula q̄ terra in mari apparens, quæ à natura sublata est è profundo maris ad sup̄ficiem. Sicut igitur cū mari sub iacebat, nullius in bonis erat. §. littorū. in fi s̄. e. ita & postq̄ emersit, eodem iure debet censeri, & p̄ hoc concedēda occupanti.] Iterū videbaī, q̄ nata in flumine publici iuris iuris fieret, sicut & flumen: contrariū deciditur, q̄ efficitur eorū qui h̄nt vicina prædia, * ea fortasse rōne, q̄ præsumatur nata ex terra ipsorum vicinorū: vel in quoddam præmiū oneris, quod illis incumbit, ripę muniēdæ, & reficiēdę. Nec obstat, q̄ alueus fluminis publicus sit, sicut & flumē: ideoque insula ēt, quæ dum subsidebat, aluei loco erat, iuris publici esse deberet: quia verum est alueum fluminis publicum esse, donec flumen super illo labitur, non ēt vbi ad aliam partem fluere cœperit, vt dicitur in §. seq.] Ideo autē disponiī in tertio casu dominium

minisi conseruari, quia non mutatur forma agri. Nota ꝙ insula nata ĩ mari in nullius est bonis. Itē ꝙ ideò cōceditur occupanti. Itē ꝙ ad raro cōtingentia iura ēt aptantur. Item ꝙ insula nata in flumine efficitur vicinorū pro modo latitudinis: cætera dic vt habetur in summario.] ea, quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur, vt ff. de leg. & senatusc ō. l nā ad ea. Rñdeo, ꝙ illud verbum potius, solutionē inducit: nam bene infertur potius, ergo ad alia. SYL.

Insula tria significat.

a ¶ Insula. Dr locus vndiq; circūdatus aqua, vt hic, & ff. e. l. adeo. §. insula. & l insula. (i) aliàs quãque ꝓ domo in mari posita, q̄ in salo. i. salso posita ē, ſm Isidorum. Item quandoque pro qualibet domo, vt ff. de eo qđ cert. loco da. l. iij. §. si quis insulam.

SYL. ¶ Dic, ꝙ quãdo capitur ꝓ domo, pro ea accipitur, qua vndiq; via circundatur, ad similitudinem insulæ circundatæ ab aqua.] Itē nota diligēter ista 6. responsa vsque ad §. alia sanè &c.

¶ Insula nata in mari efficitur occupantis: secus si in flumine, sed est eorum, qui hñt p̄dia vicina, ꝓ mō latitudinis fundi, si est in medio alueis illius, cuius p̄dio est vicinior. Si uero ex diuisione fluminis vni⁹ fundus includatur, remanet antiqui domini. h. d. ex l. adeo. §. insula. ff. de acquir. re. dom.

¶ Insula[a] q̄ in mari nata est, (qđ[b] raro accidit) occupantis fit: nullius n. esse creditur.[c] At insula in flumine[d] nata, qđ frequēter accidit) si qdē mediā partem[e] fluminis tenet, cōis est eorū, q ab vtraq; parte fluminis propè ripam prædia possidēt †, s. pro mō latitudinis[f] cuiusq; fundi, q̄ latitudo ꝓpè ripā sit. Qđ si alteri parti proximior sit, eorum est tm̄, qui ab ea parte[g] propè ripā prędia possident. Qđ si aliqua parte[g] diuisum sit flumē, deinde infra[h] vnitū,[i] agrū alicuius in formā insulæ redegerit, eiusdē permanet is ager, cui⁹ & fuerat.

¶ Itē hoc dictum fuit, ne ex decisione ponēda in fluuiatili insula argueretur ad ortā in mari.] SYL.

c ¶ Creditur. s. antea.

d ¶ In flumine i. in medio fluminis * Adde, trib. modis ĩ flumine insulā fieri, quos elegā ter docet Iuriscon. in l. ergo. §. trib. de acq. re. dom.] † s. iure dñij, nam ad fructuarium nō pertinet. l. item. §. huic. ff. de vsufr.

e ¶ Mediā partem. i. qđ poterit sciri accepta chorda, & pūcto posito in medio iter vtrunque agrū: & tūc si punctū est ex vna parte tm̄, alij cedat: aliàs ſm ꝙ pūctum extenditur, vt colligitur ff de acqui. re. dom. inter eos. & l. seq. Ex his patet, ꝙ pro diuiso possident insulam, & habent dominium circundantes flumen, ut ff. eo. pro regione.

ADDITIO. (i) Dic, ꝙ insularum alia est nãlis, ut Corsica & Sardinia; alia causalis uel accidentalis, q̄ in flumine sępè nascit, in mari perrato. Naturales insulæ sunt Principis, nō in dominio p̄rimoniali, sed in dñio iurisdictionali, ut l insulæ. ff. de iudi. l. illicitas §. q uniuersas. ff de officio pręsidis. sed de hac materia pleni⁹ uideas hic p Ang. & Barto. in trac. de insula. & Veron de serui. rusti. præd. c. 39.

b ¶ Qđ raro accidit. Sed opponā. ad

f ¶ Latitudinis. existentis ab vna parte, cō plures sint ex vna parte, & vnus fundus alicuius latior est q̄ fundus alterius, & in hoc tantū frontem agri considero. vt ff. eo. insula. in prin.

g ¶ Parte, scilicet superiori.

h ¶ Infra. scilicet inferiori parte.

i ¶ Vnitū Scilicet flumē, idest coadunatū: & hic fit punctum. † Vel dic vnitum agrum &c. & tunc puncta ibi.]. † Hæc verior.

SYL. Casus. ¶ Casus positio facilis est. [a] Videbat. n. alueū a fluuio destitutum debere publicum manere, sicut erat antea uel in bonis nullius, quasi pro derelicto habitū à flumine, & consequenter occupanti concedendū, aut reuerti vel iure quodam postliminii ad priores dominos, quibus à fluuio fuerat ablat⁹: quibus nō obstantibus statuitur eorum fieri qui prope ripam prædia possident pro modo latitudinis cuiusque: quod non alia rōne dispositū fuisse arbitror, nisi quia ad illos etiam spectat onus ripę muniēdæ: nouus autem alueus ideo publicus fit, quia fluuii censitorum vice funguntur, & ex priuato in publicum adducunt. l. ergo. § flumina. ff. de acq. re. do. circa casum inundationis ratio assignatur in text. Nota. clara sunt: & eliciuntur de facili ex summario.

¶ Alue⁹ nou⁹ efficit public⁹, sicut ipsum flumē est: vetus vero dñis fundorū ppinquorū cōcedit. Idē de nouo alueo, si flumē in antiquū redeat. Itē inundatio fluminis non mutat dñium fundi. h. d. ex l. adeo. §. quod sito. ff. de acq. re. do.

¶ Quod si naturali † alueo in vniuersum derelicto, † ad aliā partē fluere cœperit, prior quidē alueus [a] eorū est, qui prope ripā eius prædia possidēt, pro modo scilicet latitudinis cuiusq; agri, quæ latitudo prope ripā sit: nouus autē alueus eius juris esse incipit, cuius & ipsum flumē est. i. publicus. Quod si post aliquid tēpus ad priorē alueū reuersū fuerit flumen, rursus nouus † alueus eorū esse incipit, [b] qui prope ripam eius prædia possident. Alia sane causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit. neque enim inundatio fundi speciē [c] cōmutat: & ob id, si recesserit aqua, palā est eum fundū eius manere, [d] cuius & fuit.

** † i. antiquo, ad differentiam noui.

† aliàs alia defluere cœperit.

a ¶ Alueus. à quo nunc vltimo recessit flumen.

** Alueus prior appellat in comparatione sequentis, arg. l. j. § priorū. ff de aqua quoti. & ęsti. nouus aūt alueus dr ad dñam ueteris, unde & si p multos annos steterit, appellatur nouus, donec alius nouus superuenerit, arg. l. ex vsu. cū seq. ff. de ui. tri. & ole. le. aliquando demonstrationis gratia appellatur nouus, qui nō est modo, sed iā fuit, ut ī. ver. qd si post aliquod ar. l. insula. in fi. ff. de acq. re do.]

b ¶ Incipit. quantū ad strictā rationē. nam de ęquitate uix obtinet, i. nō obtinet, ut ff. eo. l. adeo. §. insula. in fi. Et not. hic, quod flumina vicē iudicū tenēt: & dant, & auferunt dominia, ut hic, & ff. e. l. ergo. §. alluuio. Acc.

** Collige ex hoc text. ibi, nouus tamen alueus eius iuris &c. vnum speciale nota dignū, nempe quod licet regulariter quicquid solo sup imponitur, cedat solo. §. cū in suo. ī. e. tamen secus est in aqua, quæ est ī. solum, quia solum ei cedit. & ē speciale in mari, flumine. & quibusdā aqs in quibus hēt locum ius alluuionis, secundum Bar. in tract. de alluuio. col. 6.]

** † i. q paulo ante erat nou⁹,

c ¶ Speciē. idest faciem fundi. Sed cōtra. ff de flu. & ne qd in flu. pu. l. j. § si fossa in fi § Sol. ibi totum occupauit, hic partem. Vel hic eodem impetu recessit, quo venit: ibi non, sed diu coopertum tenuit.

* ¶ Dic, quod imo. §. si fossa. concordat cū tex. nro, vt ēt Ang. hic aīaduertit.]

d ¶ Manere. fuit ergo dūs ēt tunc tēporis, qū aqua innundabat. Sed contra. ff. quib. mo vsufr. ami. l. si ager. so. ibi impropriè dicit amitti. s. quātum ad cōmodū fruēdi. Vel hic inundauit propter impetū aquarum, ibi ut faceret alueū, ut probatur prædicto titu.

l. quid

l. qd si. §. agri. Et hæc vera sunt quantum ad proprietatē: sed possessio indubitanter tēpore inūdationis amitteretur, vt ff. de acqui. pos. l. iij. §. Labeo. & l. qui vniuersas. §. ij. & l. Pōponius. [respon. tamē aqua receden te etiam possessio restituēda est, vt ff. de iti. actuq; priua. l. i. §. sed & si quis.

* Si spectat tempus inundationis, verū ē tunc dñium amissum intelligi. d. l. si ager. ibi, amittit vsusfr. nisi simus in casibus, qbus nec posses sio p inundationē amittatur, quos refert Ias. in l. 3. §. Labeo. ff. de acq. pos. sin tps recessus aquæ, vt hic, & tūc verū est intelligi dñium durasse q2 l. restituit oīa in pristinū statū, & per sub ductionem temporis inundationis dominij continuationem inducit. d. l. si ager. ibi, quēadmodū. diuersum est āt in possessione, quia solo animo amittitur. l. cùm vnus. §. fin. ff. de bon. aut. iud. pos. dominium verò non l. si quis vi. §. differentia ff de acqui pos.]

¶ Speciem nouā ex aliena materia faciēs, eius dominus efficitur, nisi possit ad pristinā reduci. hoc dicit ex l. adeo. §. cum quis. ff. de acqui. re. dom.

¶ Cùm ex aliena mā species aliqua fcā[a] sit ab[b] aliquo, φ specificans quærit dominiū rei specificatæ non reducibilis ad priorē formā: intellige si bona fide specificauit, ignorans alienā. Item no iura concordanda, & mediam viam eligendam.]

¶ Cum ex aliena. Diuidit in quinque partes. Primo ponit thema. Scđo quæstionem. Tertio per exēpla thema declarat. Quarto ponit responsionem. Quinto per exempla responsionem declarat. Secunda ibi. Quæri solet. Tertia ibi, Vt ecce. Quarta ibi, Et post mul am. Quinta ibi, Vt ecce vas

SYL. ¶ Casus figuratio plana est, ponitur. n. in tex. rōnes aūt dubitandi plures allegabant: quia illius nouæ speciei cōfectæ nunquam ille fuerat dñs, cuius erant ea, ex qbus erant confectę: cōtra videbatur, quia quamuis species fuisset in nullius bonis, tñ materia erat in alterius dominio: vt autē tolleretur hæc ambiguitas, media via electa est, scilicet φ aut reducibilis est species ad priorē, & remaneat domini, quia est ac si species non sit alterata, & mā in dominio alterius fuerit: aut si est reducibilis, & cedat specificāti, q2 illa species nō fuit ī alicuius bonis. Nota

a ¶ Aliqua facta. Facta autem intelligit etiam cœpta, licet non perfecta, vt ff. de aur. & arg. lega. l. & si non sunt. §. quid ergo. † Ratio huius est, quia q̄ in opere sunt, inesse videntur. ff. si cer. pe. l. lecta &c. offi-cij. extra de elect.

* ¶ Licet hæc glo. communiter improbetur, tñ verissima vr, dummodo declaretur fm distinctionem text. nam si opere incœptores ad priorē mām reduci non possunt, vt in calcatis vuis videmus, cur dominium acquisitum non vere quis dixerit? est vtique noua quædam species constituta, tametsi illa non sit, ad quam opera facientis principaliter tendebat.

* ¶ Speciem hic & sequentibus paragraphis accipit Impe. pro re, quæ ex rudi conficitur materia, & noua quasi facie assumpta simul & nouū accipit nomen, deposito ipsius rudis materiæ nomine, ** materia aūt est vnde qd cōficitur, vt in scypho metallū, in contractu consensus, at forma est quæ certæ illi speciei nomen dat.]

† aliās de est quod sequitur. SYL.

b ¶ Ab aliquo. Scilicet bona fide, vt ff. ad exi. de eo. §. si quis. & suo noīe. vt ff. de acqui. re do. ad eo. §. cū quis. in prin & l. quicquid §. Vbi. Itē & tertiū, scilicet φ nō possit redire ad priorem mām, fm Ioan. vt in fin. huius. §. Quid si duo specificauerunt, vnus bona fide, alius mala fide? Resp. cōis est domini, & specificantis bona fide: non autem mala fide, † vt ff. qui. ad li. pro clama. non licet l. si duo, Azo. eodem mō quæro, & soluo ea quę sequuntur. Quid si ex diuersorū materijs speciē ma fecit, & in vna habuit bonā fidē, & in alia malā fidem? Itē quid si in materia vnius partim bonam, partim malā fidem

† immo nole proprio & bona fide secundum Christo.

fidem habuerit? Itẽ quid & si partim suo specificantis nomine, partim nomine domini?

* Intellige sm Doct. hic dum sit æqualitas in pᵗio, & in portionib⁹, iuxta l. quicquid. § fur. ff. de ac qui. re do. dũmõ in ea parte, in qua suo nomine agit, bonam fidem habeat, aliàs secus.]

a Naturali ratione. Idest iure gentium.

b Fecerit. i. detexerit quo ad spicas, ut ff. eod l. adeo § cũ quis. in fin. sic s. de liberti. §. j.

c Mulsum. i. nectar, siue stalladiam.

SYL. * De mulso vide Pallad. lib. 11. & Pli. lib 22. c. 24.]

d Collyriũ, i. vnguentum ad oculos.

e Sabiniariorũ. i. Sabini & suorum fautorũ, qui dixerũt speciẽ cedere dño materiæ. Sed Proculus cũ suis sequacibus p̃, s. vt specificanti tm̃ cedat, vt ff. eod. l. adeo. § cũ qs.

** Hic ille est Massurius Sabinus, qui publicè primus rñdit. l ij prope fi. de orig. iu. à quo Sabiniani appellati, qui ei in schola successere. Sic Proculiani à Proculo, qui & ipse magnæ fuit auctoritatis, & plurimũ potuit, vt refertur ibidem in d. l. ij.]

f Placuit, scilicet nobis.

Mediũ est seruandũ. g Media sententia. q̃ nec vni in totũ, nec alteri cõcordat, vel discordat, sed distinguit vt sequitur. Et notã mediũ seruandum: sic s. qulb. ex causa. non lices. §. pen. Argu. contra. ff. de ne. ge. l. Nesennius. in fi.

ADDITIO. Dic, q̃ media via est eligenda; qñ nõ põt magis ius ad vnã partẽ adaptari, quã ad aliã, vt hic: aliàs diceret diuisio rusticana, vt d. l. Nesennius. in fi. cũ gl. Aret.

h Fecerit. Si & alia duo interuenerunt, quæ in princ. huius §. diximus.

i Vel spicas. Et ita apparet q̃ frumẽtum cedit specificanti. Sed contra ff. eodẽ. l. adeo. § cũ qs. in fi. §. Sol hęc posuit gratia exempli pro pueris, secundum Pla. † quæ † qui reprehendit s. in princ. tit. in glo. habeat. ff. de tur. l. obligationũ substãtia. §. fi. dam. n. gratia docendi dicuntur, quæ alias nõ diceuer. rẽtur, vt actio. & obli.

quiri soler, qs eorũ nãli[a] rõne dñs sit: vtrũ is, q fecerit,[b] an potius ille, q materiæ dñs fuerit. Vt ecce, si quis ex alienis uuis, aut oliuis, aut spicis, vinũ, aut oleũ, aut frumentũ fecerit: aut ex alieno auro, vel argẽto, vel ęre, vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino, & melle mulsum[c] miscuerit: vel ex medicamẽtis alienis emplastrum, aut collyriũ[d] ꝯpo suerit: vł ex aliena lana vestimẽtum fecerit: vel ex alienis tabulis nauẽ, vel armariũ, vel subsellia frabrica uerit. Et post multã Sabinianorũ[e] & Proculianorũ ambiguitatẽ, placuit[f] media[g] sñia existimantiũ, si ea species ad priorẽ, & rudẽ mãm reduci possit, eũ videri dñm eẽ, qui mãę dñs fuerit: si nõ possit reduci, eũ potius itelligi dñm, q fecerit.[h] Vt ecce, vas ꝯflatũ p̃t ad rudẽ materiam æris, vel argenti, vel auri reduci: vinum aũt, vel oleũ, aut frumentũ, ad uuas, vel oliuas, vel spicas[i] reuerti nõ p̃t: ac ne mulsum quidem ad vinum & mel resolui põt.

Vel dic scd̃o sm Az. illã p istã corrigi.

SYL. * Melius ẽ supplere istũ tex. ex ver. Videntur tñ. posito in d. §. cũ quis. q in curia Triboniani huc relatus non est. Ridiculum. n. est dicere, q̃ ꝑpter iuuenes malè exemplificet, vel q̃ iste tex. sit correctorius. §. cũ quis. cũ Iustinia. vbicunq; ius antiquũ corrigit. id apertissimis verbis soleat indicare.] Itẽ ad hæc oĩa exempla, in quib. dicitur speciẽ specificanti cedere, est contraria regula, quæ dicit, Qđ ex re mea

mea est, uel nascit, meū est, vt ff. ad exhibē. de eo. §. si quis. in fi. ff. de rei vē. l. solū. §. meum. Sol. illa regula locum hēt in quinq; casibus, s. vbi dn̄s specificauit. Itē vbi alius eius mandato. Itē vbi sine mandato, sed ratū habet. † Item vbi alius mala fide, & suo noīe. Itē vbi bona fide, sed res pt ad priorē materiā reduci; quorum nullū hic est. Itē si hæc vera sunt, ꝙ specificāti cedāt, contra est regula, quæ dicit; Neminem cū alterius iactura fieri locupletiorem, vt ff. de cōdi. ind. l. nā hoc natura. Rn̄. licet fiat sua species quo ad dominiū, tñ actione in factū tenetur ad æstimationē, vt ff. de rei vend. l. in rem. j §. quæcunq;. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si mulier. §. j. & l. seq.

Meum est quod ex meo nascitur. † Intelligas gl. qñ noīe dñi specificauit, alias si nō fuisset specificata nomine domini, non posset habere ratū cū sit factū in sui fauorē, vt l. si pupilli. §. si ego. ff. de neg. gest.

¶ Speciem cōstituens partim ex sua, partim ex aliena materia, sibi speciem quęrit hoc dicit.

¶ Qd si partim ex sua mā, partim ex aliena,[a] speciē aliquā fecerit qs: veluti ex suo vino & alieno melle mulsū miscuerit, aut ex suis & alienis medicamētis emplastrū aut collyriū, aut ex sua lana & aliena[b] vestimentum fecerit, dubitandum non est, hoc casu eum esse dn̄m,[c] qui fecerit; cū nō solum operā suā dederit, sed & partem eiusdem materiæ pręstiterit.

¶ Aliena purpura intexta vestimēto cedit vestimēto: illi autem, qui dominus fuit, habet actionem contra furem. Ang.

¶ Si tamen alienā purpurā[d] vestimē

¶ Et nota quatuor casus, qbus peto id qđ habeo. Primus est, ubi res mihi data potest auferri, ut ff. de solut. si rem. & l. q res. j. rñ. (i) Item si habeo ex alia causa q̄ debeam habere: quia non uideor habere, cùm pretium absit, ut hic. Item si aliquid iuris rei deest, id adhuc tradendum est, ut ff. de sol. l. etiam. & de uerb. oblig. Iulianus. §. fi. Item si res deterior est dolo dantis, ex causa stricti iuris daŧ actio de dolo, licet habeat rem. ff. de dolo. l. & eleganter. §. non solum. Sed in bonę fidei agitur ex primo contractu, ut ff. commod. l. 3. §. si reddita.

Peto id, quod habeo quatuor casibus.

ADDITIO (i) Quæ leges non faciūt ad propositū, quia cùm res sit euicta, non potest dici, ꝙ eam habeat & petat: sed facit. ff. de leg. j. l. non quocunque. in prin. Est & alius casus, quando res traditur, forma tamen mutata, ut l. mulieris. §. res abesse. ff. de uer. sign. secundum Ioan. Fab.

c ¶ Ex alia. ut legati, ut ff. mand. si hæreditatē, nō dotis promissionis. ut ff. de actio. & oblig. l. ex promissione.

d ¶ Agere non potest. Etiam si sua postea esse desinit, ut ff. de leg. 2. Mæuius. §. duobus.

e ¶ Traditū est, A iure, ut ff. de actio. & oblig.

lucratiuas causas in eundem hominē[a] & eandē rē[b] cōcurrere nō posse.[c] Hac rōne,[d] ex duobus testis[e] eadē res eidem debeat, interest vtrū rē, an ęstimationem ex testō consecutus sit. Nam si rē habet, agere non potest:[f] quia habet eam ex causa lucratiua: si ęstimationem, agere potest.[g]

¶ Etiam res futura, quę tamen esse speratur, legari potest. Angel.

¶ Ea[h] quoq; res, quæ in rerum natura nō est, (si mō futura est[i]) rectè legatur: ueluti fructus, q in illo fundo nati erunt; aut quod ex illa ancilla natum erit.[k]

& oblig. omnes. & ff. de leg. j. l. si seruus legatus. §. Stichum.

* ¶ Causæ lucratiuæ enumerantur in l. j. C. de impō. luc. descrip. lib. 10. C. & de his diffusè tractat Ias. in §. item si quis in fraudē. col. 5. infra de actio.]

a ¶ In eundē hominem. ff. eod. 1. l si seruus. §. 1. contra. Sol. ibi per obliquū concurrunt, non directò, ut hic argumē. ff. de vulgar. substitut. qui liberis. §. fin.

b ¶ Rem idest speciem: aliud si quantitatē, ut ff. de leg. 2. l. Titia Seio in prin.

c ¶ Non posse. Sed cur secus qn̄ emit? Responde, quia nec rem habere uidetur, cùm pretium ei absit, & loco rei successerit, ut ff de petit. hæred. si & rem. & quod metus causa. l. uideamus. & l. si ipsa

d ¶ Hac ratione. s. supradictæ regulæ.

e ¶ Ex duobus testamentis. Scilicet duorū hominū: si enim vnius essent primum per sm † corrigeretur, ut s. quibus mod. test. infir. §. posteriore. Quid si in eodem bis legauit? Respō. distingue speciem a quantitate, ut ff. de legat. j planè §. si eadem, usq; ad § si coniunctim.

f ¶ Agere nō pōt ut ff. de leg. j. planè. j. § sed si duorū cōtra ut sequitur, ex eodem testō. Sol. illa intelligitur secūdum huius §. distinctionem.

g ¶ Agere pōt. ff. de leg. j. hmōi. §. j. ?. Sol. ibi testatoris & hrdis testantis est eadem persona, ut in auth de iureiur a mo. in princ. collat. 5. Vel ibi in secundo legato commodum reprę sentationis primi legati relictū vr: vt j. e. §. ex contrario. quia non uidetur legari bis in duobus testamētis: & iō non habebit nisi semel.

¶ Ea quoq; res. Casus. Quęsitū fuit, an quod in rerum natura non erat, quamuis esse speraretur, rectè legari posset. dubitandi ratio fuerat, quia non entia nō solent considerari. l. diuus. ff de testa. milit. Contrariū deciditur eara tione, quia cū spes sit futura, eē ratione spei considerantur & leganturt. l. spem. C. de donat. Nor. summarium, & aduerte, q hoc legatum est tacitè conditionale. l. interdum. ff. de uerbo. obligatio. quæ tamē nō impedit transmissionem. l. cùm illud §. fin. ff. quando di. le. ced. Item quòd spes est in consideratione, & legari potest: quod intellige quando habet aliquod fundamentum de præsenti, Bart. in l. si uxor. §. j ff. de dona.]

h ¶ Ea quoq; res. Sic. ff. de leg. j. quod in rerum. & de leg. 3. l. etiam.

i ¶ Futura est. Si autē nec fuit res, nec est in rerū natura, nec erit, ut chimera: uel fuit, sed non est, ut hō mortuus: non pōt legari, ut j. de inu. stip. in princ Si autem est dubium, an sit uel non sit in rerum natura: cauet hęres de prosequendo & restituēdo, ut ff. de leg. 1. seruo legato §. fina. Idē in seruo legato, q fugerat añ testm̄: aliđ in eo, qui fugerat post testm̄, quis. est periculo legatarij, ut ff eo. ti. l. cū seruus. & l. si seruus legatus. j. respon.

¶ Adde, q de hoc est gl. cōiter approbata in l. cū seruus. ff. de leg. j. quæ distinguit 4. tempora. s. testamēti, mortis, adoptionis, & post aditā: de quo ui de quæ disputādo dixit Pręposi. sen. in 4. q 5. casus.]

k ¶ Natum erit. Et tunc competit sibi exa-

† Aliud in codicillis §. vlti in. f. a de codi.

SYL.

SYL.

¶ Si una res ab eodem duobus legatur cōiunctim uel disiunctim, si ambo concurrunt ad legatū, medietas dat uni & medietas alteri: sed deficiēte legato i psona unius, totū ad collegatariū pertinet. Areti.

¶ Si eadē res duobus [a] legata sit, siue cōiunctim, [b] siue disiunctim: [c] si ambo perueniant ad legatum, scinditur [d] inter eos legatū: si alter deficiat, qa aut spreuerit legatū, aut viuo [e] testōre decesserit [f] uel alio quoque mō defecerit, [g] totū ad collegatariū ptinet. Cōiūctim [h] aūt legat, ueluti si qs dicat, Titio & Seio hoiem Stichum do lego. Disiūctim [i] ita, Titio Stichū hoiem do lego: Seio hoiem Stichū do lego: [k] Sed & si expresserit, Eundē hoiem Stichum: æque

bi exactio. ut ff. de uerbo. obli. interdum. 1. respond.

SYL. ¶ Si eadē res. Casus non esset figurandus, quia tradit regulā, cuius ratio est, quia uocatus quis ad partem, de dimidia intelligitur. le. nomē. §. portionis. ff. de uerbor. signific. Not. quòd plures legatarij eiusdem rei faciūt sibi partes per cōcursum, quando omnes legatū acceptant, siue disiunctim siue cōiunctim legatū sit. Itē quòd inter legatarios habet locum ius accrescendi: & portio deficiēs eis accrescit, nō āt remanet penes hæredē. Item no. quomodo disiunctim, & quomodo coniunctum legetur.]

a ¶ Duobus. Quid si dicat, Illi aut illi lego? Rñ. duo rei stipulādi eē uidentur, ut ff de lega. 2. l. si Titio aut Seio.

SYL. ¶ Adde, ꝙ urget in ɔ̄riū text. in l. pe. C. de uerb. sig. Ideò distinguit, ꝙ aut electio datur hæredi: & procedit. l. si Titio. & hoc uerū qñ alternatiua eēt expressa: secus si tacita, quia tūc hærede non eligente admittūtur oēs pariter ad legatum. l. si qs Titio. §. fi. ff. eo. Aut non datur electio, & resoluit in coniunctā & copulatiuam, & omnes pariter admittunt. d. l. pen. nisi ponat inter personas, inter quas cadit affectio. l. cùm pater. §. pen. ff eod. 2.]

b ¶ Coniunctim. Scilicet per copulatiuam coniunctionem, ut ff. de hære. insti. si ita quis.

c ¶ Disiūctim. i. separatim, ut j. px. §.

d ¶ Scindit. Viriliter, nisi simul duo cōiūcti essent. q locū unius obtinēt, ut ff. de hær. insti. Titius. & l. interdū.

e ¶ Viuo testatore. Nā si testōre mortuo legatarius decedat, ad hæredem suum legatū transmittit, ut C. de cadu. tollen. §. cùm igitur.

f ¶ Decesserit. Post testamentum tamen: ut differat a sequēti.

g ¶ Defecerit. i. legatarius, ut per mortē ciuilem. † Vel dic legatū, qđ trib. casib. deficit, & accrescit legatario, pter duos qui ponūtur hic. Primus, si nō ē collegatarius ī rerum nā tpe testamenti, ut C. de cad. toll. §. in primo. Secundus, si mihi & posthumo, qui postea aboriatur, ut ff. eo. l. si duobus. §. si. Tertius: si mihi & hæredi suo legat, ut ff. eod. 1. planè ubi. §. si duobus. & sic sunt quinq; casus. Ecōtra sunt tres casus, quibus deficit legatum, sed collegatario nō accrescit. Primus, si mihi & seruo suo legat, ut ff. eo. 1. l. planè ubi. §. si coniunctim. Secundus, si mihi & tibi res tua legatur, ut ff. eod. 1. l. huiusmodi. § si Titio. 1. Tertius, si mihi & non capaci lagatur, ut ff. de leg. 2. l. si Titio.

¶ Adde, & declara per duas regulas positas in l. huiusmodi. §. si Titio. ff. de leg. 1. per Bar.]

h ¶ Coniunctim. s. re & uerbis, ut ff. de le. 3. l. re coniuncti.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hæc gl. cōiter approbat p doct. in l. re coniuncti. ff. eod. tertio.]

SYL. i ¶ Disiunctim. s. uerbis tantum: nam re sunt coniuncti.

K ¶ Do lego. Sed nonne dando Seio

† Simil glo. est. i le. huiu modi. §. Titio. de le. j. L. gatū qn casib. de cit, & leg tario a crescit.

Legatū i trib. cas bus def cit, nec l gatario a crescit.

adimit Titio, ut ff. de pupil. substitut. si quis eũ. & de adimen. leg. l. 3. & l. si cut? Rñd sic, si probat testatorē hoc. s. adimere Titio, & dare Seio uoluisse: non aliàs, ut ff. e. j. l. si plurib. §. j.

SYL. ¶ Adde, ꝙ in hac mã ita dicendũ est. Qñ testator legat uni rē, quā alteri legauit, sine cõmemoratione primi legati: & tũc ambo concurrũt. d. l. si pluribus. quando uerò testator legat cùm aduersatiua sub commemoratione primi, eēsetur in totum adēptum, secundum doct. in l. si fortidianum. C. eo. & idem, quādo in diuersa uoluntate legat alteri sub cõmemoratione primi, eidem cēsetur adēptũ. l. nõ ad ea §. fi. de eond. & demõ. qñ uerò legat alteri res prius legata sub cõmemoratione primi, totũ vr ademptum: qñ uerò in eadem uoluntate rem legatā uni alteri legat sub cõmemoratione primi, censetur facta ad emptio pro parte. l. Iul. de hære. insti. & d. l. si pluribus & ita cõiter tenetur, quāuis in hoc ultimo aliàs disputando contrarium defenderim.]

disiunctim[a] legatum intelligitur. ¶ Si ad legatariũ peruenerit ꝓprietas fundi eidē legati ex causa onerosa, & ususfruct[a] ex cā lucratiua, ꝑt peti totus fund[b], tamen officio iudicis ęstimatio ꝓprietatis tantum debetur. Areti. ¶ Sicuti fundus alienus legatus sit, & emerit[b] ꝓprietatē deducto vsufructu, & usus fructus ad eũ puenerit,[c] & postea ex testãõ agat, rectè eũ agere, & fundũ[d] petere,[e] Iulian[9] † ait: qa vsusfruct[9][f]

a ¶ Disiunctim. s. uerbis tñ, re tñ coniuncti sunt, ut ff. de leg. 3. re. coniũcti. Sunt & alij re & uerbis disiũcti; ut si ita dicam, legõ Titio dimidiā serui, Sempronio lego dimidiam eiusdem serui, ut ff. eo 2. l. & Proculo. Nec obstat in e. ti. l. Mæuio. in prin. qa illa intelligitur, qñ unā dimidiā utriq; legauit. Et in istis non hēt locũ accessio, ideſt ius accrescēdi, ut d. l. & Proculo. Sunt ēt re desiuncti, sed uerbis coniuncti: ut si dico, lego ibi & Sempronio ꝑ æquis portionib. Sũt & alij re & uerbis coniuncti, ut s. proximè. Et coniuncti utroq; modo pręferuntur disiunctis utroq; : uel altero tñ modo cõiunctis. Coniũcti uerò uno modo tñ, simul admittuntur. s. re tñ cõiuncti eum uerbis tñ coniunctis, & disiunctis re & uerbis pręferũtur, ut ff. de hær. instit. l. si ita qs hæredes. & ff. de leg. 3. l. re coniũcti. § pe. & §. fin. Si gl. habes in l. j §. fi. ff. de usufru. accres.

Additio.

SYL. ¶ Si cui fund[9]. Casus. Querebatur, si peruenit proprietas fundi legati ad me ex causa onerosa, usufructus autem ex causa lucratiua, an possim petere fundũ: & uidebat dicendum ꝙ non: qa cũ duæ cāæ lucratiuę nõ possint cõcurrere, uidebatur ꝙ sola ꝓprietas peti posset, uel eius æstimatio tñ cõtrariũ decidit, qa ipse usufructus est tanq̃ seruitus, vñ non impedit petitionem: sed bene in ponenda rõne æstimationis, dēt eius haberi ratio, ut dr in tex. No. summariũ. Item ꝙ q̃uis appellatione fundi ueniat plena proprietas, tñ libellus, in quo peto fundum: cuius usufructus est apud me, saluat. Itē ꝙ usufructus qui reuertit ad proprietatē, qa finit, dr reuerti ex causa lucratiua, q̃uis ꝓprietatē habeā ex titulo oneroso]

† Extat hoc Iuliani respon sum in l. non quocunq; §. fundus. ff. de lega. j.

b ¶ Emiserit. scilicet legatarius.

c ¶ Peruenerit. s. morte usufructuarij, uel capitis diminutione, uel simili cā lucratiua tñ, ut s. de usufr. §. finitur. & si factus est caualis.

d ¶ Et fundũ. i. proprietatē plenā, de iudicis tñ offõ aliter fit, ut j. sequit.

¶ Adde, ꝙ de hoc est casus in l. si Titio fundus. ff. de usufru. leg.]

e ¶ Petere. hic repete quod diximus, s. eod. §. si res.

f ¶ Quia usufructus. Dixit fundũ peti, & sic in plena ꝓprietate: sed opponit, plena ꝓprietas cõstat ex duob[9]. s. ex nuda ꝓprietate & usufructu: & id

habet

habet partem.i. usumfructũ ex causa lucratiua: quõ ergo petitur fundus in plena proprietate? Respond. usufructus hoc casu, cũ fundus petitur ĩ plena proprietate, nõ obtinet partẽ dñij; sed uicẽ seruitutis pdialis, q nõ ẽ pars rei, cùm non possit esse sine re: & ideò non vr peti ea pars rei quæ obuenit ex causa lucratiua.ſ. usufructus: & hoc de rigore, sed con tra de æquitate, ut subijcit. In petitione.ſ. tali.i.prædicti fundi per actionẽ ex testõ: aliàs ĩ multis locum dominij habet, ut ff. de dãno infect. qui bona. §. & superficiarium.& ff. de bo.auct.iu.posſ.in uendi tione.& ff. fam. erci.l. & puto. §.2. & ff. de usufruct.l.4. & 5.

Vsusfructus an sit pars dñij.

† Concor. cũ hoc §. c. inter di lectos. añ si. cũ gl. in ver. meũ. extra de fid. instr. ag

Vsusfructus ĩ multis locum dñij hẽt.

in petitione[a] seruitutis[b] locũ obtinet: sed officio iudicis cõtinetur, ut, deducto[c] usufructu, iubeat ęstimationem pręstari.[e]

¶ Legatũ rei propriæ legatarij nõ ualet ẽt si post testamentũ sua esse desierit. Ang.

¶ Sed si † rẽ legatarij qs † legauerit, † inutile ẽ legatũ: [f] qa quod ꝓpriũ ẽ ipsius, amplius eius fieri nõ põt.[g] Et licet alienauerit[h] eã, non debetur nec ipsa res, nec ęstimatio eius.

¶ Valet legatũ rei testãtis licet testõr putauerit alienã.

¶ Si qs rem suam

SYL.

¶ Adde, ꝙ non est pars pdicatiua seu subiectiua, sed integralis, ſm gl. l. rectè. ff. de uer. sig. ita dicunt hic doctores. sed tu dic ꝙ si loqueris de formali, ẽ pars subiectiua, si de cãli ẽ ĩtegralis.]

b¶ Seruitutis, scilicet realis.

SYL.

¶ Adde, ꝙ põt defendi, qa debetur a re personæ, tñ ꝓpriè dicitur personalis.

c¶ Deducto usufructu.i. æstimatione usufructus: quẽ ſ. usumfructum ex causa lucratiua habet: & ideò nõ debet plus habere, ut s. eod. §. si res.

d¶ Aestimationem.ſ. proprietatis.

e¶ Præstari ſ. ab hęrede suo.

SYL.

¶ Sed si rẽ legatarij. Casus. Fuit dubitatũ, an res ꝓpria legari posset: ita ꝙ saltẽ si postea ꝓpria eẽ desijsset, ualeret in æstimatione: & uidebat dicẽdũ ꝙ sic: quia cũ legatũ rei alienæ ualeat, & res legatarij testatori sit aliena, uidebat ualere debere: cõtrariũ decidit rõne assignata in tex. quia dominiũ non debet multiplicari. Põt & alia ratio dubitandi esse: supra prox. §. dictũ est, ꝙ si e mã rẽ legatã, ualet nihilominus legatũ, & tñ testm ñ capit uires nisi a morte, quo tpe res ipsa legatarij ẽ, quo casu nõ vr dña inter casum huius §. & præced. & sic vr ꝙ saltẽ ĩ casu isto debeat ęstimatio, si est legatarij ex titulo oneroso. sed cõtrariũ dr, qa attenditur tẽpus testamenti confecti: qa ſm illud tempus debet iudicari uoluntas testantis: & ideò si tunc res est sua, nõ debetur, rõne assignata ĩ tex. Nor. primò ꝙ legatũ rei suæ non ualet. Item quòd illud, quod est meum, non põt amplius effici meũ. Itẽ ꝙ legatum ab initio inualidũ nõ recõualidatur, licet ueniat ad casum a quo posset incipere.

SYL.

† aliàs qs ei.

*

† ſ. Pure: nã sub cõdõne legari põt mihi res mea l. mea. ff de condi. & demon.

f¶ Legatũ. ff. de li.le.l.j.ꝑ. Sol. ibi. liberatio relinquitur, quæ nõ erat debitoris.

g¶ Nõ põt. sic. j. de act. §. sic itaq;. ff. de lega. 3. cũ quis. j. rñ. & ff. de excep. rei iud. l. & an eadem. §. actiones. & de acqui. posſ. l. iij. §. ex pluribus.

** Declara tex. nostrũ ꝓcedere, si res legata ita sit legatarij, ut ab eo auelli non possit, aliàs secus. l. apud Iul. §. si Titius. & l. nõ quoquoq;. §. j. de leg. j. & ubiq; doc. Itẽ intelligas, si res sit plenè sua: nã si qd deesset in ea, perinde foret, ac si simpliciter rẽ alienã legasset, ideoq; ualeret legatum. Imò & Ale. in l. si domus. §. si. eo. tit. Idem si legetur sub conditione, glo. §. j. uer. sua. t. de inuti. stip.]

*¶ Limitat regulam tex. nostri multis modis Soc. in regu. 100.]

h¶ Alienauerit. ff. de reg. Cato. l. j. in fi. 3. Sol. ſm B. † ibi uiuo testõre aliena uit, hic postea. Vel hic purũ fuit, ibi pdõnale, ſm Io. arg. ff. eo. cætera. § 2.

¶ Adde, ꝙ secũda sol. uera est: qa legata

† Hæc rñsio non ẽ bona, qa quantum ad conualescẽtiam legati nihil refert an uiuo testõre se bi legatã ꝓpriã alienauerit, an uerò post eius mortem, ut l. cætera. §. j. ff de lega. j

SYL.

SYL.

gata conditionalia sunt suspensa ex conditione, ideò talis regula non potest in ea locum sibi uendicare.

SYL. ¶ Si quis rē suā Casus. Querebatur, an si testor putās rem alienā, cū esset sua, legauerit, valeat legatū: & vr ddm ꝙ nō, qa in supe rioribus semp uidimus animum legantis attendi: cuius cōtrarium decidit rōne expressa in text. Not. ꝙ error testōris circa dñium rei suę, nō uitiat, ēt si

quasi[a] alienā legauerit, ualet legatū. Nā pl[9] valet qđ ī ueritate ē, q̄ qđ in opinione.[b] Sed & si legatarij esse putauit, ualere cōstat: quia exitum[c] uoluntas defuncti habere potest.

errer in eo, qđ si uerū esset, legatū eēt inutile. Itē ꝙ plus ualet qđ est in ueritate, q̄ qđ est in opinione. Itē ꝙ dictio, quasi, relata ad personā disponētis, importat opi. illius. Item ꝙ sp debet fieri interpretatio, ut act[9] ualeat.

a ¶ Quasi alienā. i. credens alienam.

b ¶ In opinione. No. sic. ff. de manu. uin. si pr. §. quoties. & ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. q ignorauit. arg. con tra. ff. de acq. hær. is qui putat. † solu. ibi de re, quæ consistit in animo.

† Dic ꝙ opinio prualet ueritati fauore testi, ut ex eo q̄ adeat hæreditas, & ita testām confirmetur.

* ¶ Circa hoc Brocardum uide Præp. Sen. 1. q 2 in fin. col. ubi plenissimè distinguit.]

SYL. * ¶ Bar. in d. l. is q putat. post Acc. & Din ab eo relatos, cōcludit, ꝙ in ijs, q̄ consistunt in animo, potius attenditur opinio, q̄ ueritas, aliàs secus.]

c ¶ Exitū. i. effectū, ut ff. quēad. te. ape. l uel negare. ibi, publicè. n. expedit suprema hoium iudicia exitū habere. i. res talis legatario acquiri potest.

SYL. ¶ Si rē suā. Casus. Quęsitū fuit, an alienatione rei legatæ legatū reuocatum censeretur: & uidebat ddm ꝙ sic: qa alienatio ostendit intētionis testātis esse aliū hrē rem, q̄ legatariū. l. rē leg. a tam. ff. de adimē. le. Contrariū decidi tur cū distinctione, de qua hic, ea ratione: quia pōt deberi æstimatio, nec alienatio tēdit necessario ad adēptionē: in datione. n. est clara uoluntas testātis, in alienatione est dubia: idō eet ta dispositio per incertā tolli non debet. Nota. ꝙ p alienationē aut pignorationē non adimitur legatū. Item ꝙ in casibus, in quibus hæres tenet̄ luere rē legatam, legatarius pōt in libello concludere sup ipsa luitione. i. petere hæredē compelli, ut luat. Item ꝙ p alienationem partis, alia pars non censetur adempta. Item ꝙ idem iuris est in parte, q̄ est in toto.]

¶ Alienatione rei legatæ a testatore facta non admittitur legatum, nisi probetur animus adimendi.

¶ Si rē suam legauerit testator, postea q; eā alienauerit,[d] Celsus putat

* ¶ Adde, quòd hic §. locum habet in legato puro. nam si inesset conditio, utriq; legatum alienatione perimeretur. l. 6. de leg. 1. & l. scribit. §. ult. de aur. & arg. leg.]

d ¶ Alienauerit. uēdēdo: sed donādo indistinctè vr adimere: nec distinguit an ualeat donatio: uel nō: & ēt si seruo ceē, ut ff. de adimen. leg. l. cū seruus. & l. rē legatā. & l. legatum sub cōd. §. 1.

** Quid si locauerit ad longū tēpus? Et vr idē dicendū, cùm æquiparetur ea locatio uenditioni, gl. in l. ult. ubi Bal. & alij C. de pact. pign. plenius Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. nume. 8. & trib. sequentib.]

SYL. ¶ Adde, quòd hæc gl. cōiter approbat̄, disputando tñ Præp. Senē in 5. q. 2. casus, tenet, quòd eadē distinctio tex. non ftrt adhibeat̄ in donatione, sicut in qualibet alia alienatione;] Si ex alia causa a donatione, distingue animū, ut hic: & in dubio probat hæres mutatā uoluntatē, ut ff. de leg. 2. fideicō missa §. si rem. & ff. eo. 2. l. Lucius. §. pen. & ff. de proba. eum qui.

SYL. ¶ Adde, quòd hęc gl. intelligēda ē in alienatione necessaria: & ratio, quare hæres probat, est, quia habet iuris præsumptionē ꝫ se, quā ēt legatarius nec allegare tenetur: qa non resultat ex facto suo, per doct. Alex in l. qui in aliena. col. 4. de acq. hæred.]

Non

si non adimendi[a] aio vendidit, nihilominus deberi:[b] idemq;[c] diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

¶ Iidē[d] rescripserunt, eum, q post testm factū pdia, q̄ legata erant, pignori[e] dedit, ademisse legatū nō videri:[f] & ideo legatarium cum hrde eius agere posse, vt prædia à creditore luantur.

¶ Si verò[g] qs[h] partē rei legatæ alienauerit, pars, quæ non est alienata, omnino debetur: pars autem alienata ita debetur, si nō adimēdi animo aliena sit.

¶ Legatum liberationis valet, & pt fieri in ppetuū, & ad tempus. Et econtra nō valet legatum factum à debitore suo creditori, nisi afferat sibi aliquam vtilitatem. Ang.

¶ Si qs debitori † suo liberationē le

a ¶ Non adimēdi animo. Qui aīus ex hoc pbaī, q a si necessitate rei familiaris. † non vr reuocasse: aliàs sic q̄ distinctio in donationē nō cadit, vt ff. de adi. leg l. rem legatā. & not. C. eo. l. qui post.

* ¶ Qd sentit Ac. de alienatione voluntaria, ita demū verū est, siue re alienatio, q̄ per traditionē fit, interuenerit. l. tradōnib. C. de pac. aliàs ex nuda vendōne non intelligeretur adēptū legatū l. prædia. §. liberto. de fun. instr. leg.]

b ¶ Deberi. s. rē legatario. arg. ī. e. §. non solum. vbi ab initio fuit alienata.

c ¶ Idemq;. s. iuris esse.

d ¶ Iidem. s. Imperatores Seuerus & Antoninus.

* ¶ Extat adhuc horum Imper. rescriptum in l. qui post C. de lega.]

e ¶ Pignori dedit. Quid si rē obligatā creditori debitor legauerit, nunqd valet legatū? Rñ. sic, & nihilominus poterit petere debitum, nisi volūtas testatoris ostendatur volentis compensare, vt ff de leg. 2. l. creditorem.

SYL. ¶ Adde hoc non procedere in eo, qui tenetur ex dispōne leg. vt in patre, q tenetur dotare filiam. l. si cum dotē. §. si pater. & ibi Bar. ff. sol. matri.]

f ¶ Nō videri. (j) Nisi sub dicta distinctione. i. an habuit aīum adimēdi, vel nō. Vel dic nullo mō, vt hic, & C. e. q post. & hoc q a primo valuit relictū, aliàs ꝯ, vt C. de don. inter vir. & vxo. si maritus. ij. & ff. de don. inter vir. & vxo. cum hic status. §. si maritus.

ADDI. (j) Nisi pro tanta pecunia eēt pignorata, ꝙ ñ sit verisimilē eā redimi, vt l. qui habebat ff. de leg. 3. Ang. **Adde idē eē, & si testōr tāri pignorasset rē, q̄ti valeret: q a tunc non est verisimile, ꝙ velit, aut speret redimere rē tanti pignoratā ñ magis, q̄ si ipsam penit' alienasset, vt voluerunt Cy Fulg. Castr. Alex. & alij ī l. q post. C. de lega. & Bar. in. l. rē legatā. in fin. de adi. lega. & idē ne videaī inutiliter factū legatū, lauenda erit ab hrde.]

g ¶ Si verò. No. de toto † ad partem.

h ¶ Quis. s. testator.

¶ Si quis debitori. Casus. Vertebatur q. an legatū liberationis factū debitori valeret, quia res sua eidem quasi legata videbatur: & decidit ꝙ valet, q a legata intelligiī liberatio, & remissio obligōnis, q̄ creditoris est, & ideo nō hēt locū. §. sed si rē. ī. eo. sed tunc maior insurrexit dubitatio, an legatū factū creditori de credito valeat: & eadem rōne videbatur ꝙ sic. Itē quia multiplicabantur actiones, qđ nobis expedit l. si actor. in prin. de iureiu. Contrariū dr. q a hoc legatum est cōtra substantiā legati, q̄ est donatio: vñ cū non afferaī vtilitatē, aut cōmodū, non dēt dici legatū. Nec obst. multiplicatio actionū, q a ñ ꝯsideraī, vbi nihil aliud afferrent. l j. §. lex Falcidia & ibi no. ff. ad l. Falc. No. ꝙ legatū liberationis valet. Itē ꝙ prodest nō solū legatario, sed hrdi, & cuicunque locū hrdis tenēti. Itē ꝙ legata liberatione ñ solū ꝯpetit legatario exceptio, si ab eo petaī, sed hēt actionē

† Bene facit tex. in l. scribit. §. item. ff. de au. & arg. lega.

* †Facit l. de tota SYL. ff. de re ven.

* † L. a qu inuito ex gi potes l. debito ff. de ve sign. aliā secus. l. creditor ff. de lil leg.

ad petēdū, vt creditoris hr̄s liberet eū ꝑ acceptilationē. Itē ꝙ legatū factū à debitori creditori, si nullā afferat utilitatē, ē inutile Itē ꝙ legatū ab initio validū ꝑ ꝑ cōmodū repr̄sentationis, ñ fit inualidū, q̄uis viuo testōre deueniat ad eū casū à quo incipere ñ posset. Item ꝙ factū liimè non retractaī, ēt si veniat ad casū, a quo īcipere nō potuisset.]

gauerit,[a] legatū vtile[b] ē: & neq; ab ipso debitore, neque ab hr̄de eius pōt hr̄s[c] petere,[d] neq; ab alio, q̄ hæredis[e] loco sit: sed & pt a debitore ↄ̄ueniri vt liberet[f] eū. Pōt † ēt qs vel

a ¶ Legauerit. Quod trib. modis fit. Prim⁹, Peti nolo, vel, Qđ debet, relinquo: vel, Actionē remitto. & sic liberandus est legatarius ab omni debito, vt hic, & ff. de lib lega. si quas rationes. & l. Aurelio. j. rñ.

SYL.

¶ Adde, ꝙ cōiter gl. teneē, ꝙ hoc mō relicta liberatio includat ēt dolū: qđ falsum ē, & ego alias legēdo latissimè reprobaui: & vide Pręp. Señ. in 6. q. 5. casu: vbi lati⁹ explicat.] Scđs est, si negociū testōris gessisset, & testōr dixerit, Rōnes reddere nolo. & hic ab oī liberatur, nisi ab eo, qđ penes eū sit, & ab eo, qđ dolo fecit, vt ff. đ li. leg. l. Aurelio. §. si. cū suis ↄ̄cor. † Terti⁹ si dānauit hr̄dem, ne exerceat actiones: quo casu, si bonā cām hēt testōr, litis euētus sūpt⁹ ab aduersario tacti legati videnē, vt ff. de lib. leg. petitor. si malā cām, nihil vr̄ legare. ut in eadem l. †

¶ Adde non esse differentiam inter hunc tertium modum, & secundum, vt patet ex iis, quæ ponit Præp Señ, in 4. q. 5. casu, in 2. col. & seq.]

b ¶ Vtile ē licet res sua sibi legari videaē, vt ff. đ li. le l. j. j. rñ & ē hoc verū, nisi testōre viuo exactio fiat, vt j. e. ti. §. tā āt & ff. e. 3. l. fideicōmissa. § si rē.

** Adde multū interesse, vtrū leget liberatio, an hr̄s iubeaē liberare đbitorē. nā primo casu ipso iure đbitor cēsebiē testō liberat⁹, scđo liberādus erit ex ↄ̄ctu ab hr̄de, Bar. l. Aurelio. §. Caius, q. 4. ad fi. de li. leg. Alex. l. si di-

gnū. ad l. Falc. Alc. in rub. ff. e. Notādū quoq; est, ꝙ si legaē res pignori data ipsi debitori. cēseē ꝑmissum solū i⁹ pignoris, nō ēt debitū principale. l. j. vbi gl. de lib. leg. Neguś. de pig. 3. mēb. 6. part. nu. 20. facit l. Labeo. & l. postq̄. đ pac. secus si legeē chirographū, q̄a censeē legatū ēt debitū, vt ꝑ Negu. ubi supra.]

ad tempus[g] iubere, ne hæres petat. ¶ Ex ↄ̄rio, si debitor[h] creditori suo, qđ dēt, legauerit, inutile ē legatū, si nihil plus est in legato, q̄ in debito, quia nihil ampli⁹[k] ꝑ legatū

c ¶ Hæres. uel hęres hr̄dis, vt ff. de lib. lega. l. ij. in fi.

d ¶ Petere. Cum effectu. propter exceptionem, vt ff. de lib. leg. l. 4. aliàs 3. nunc de effectu.

e ¶ Hr̄dis loco, sicut est bonorū possessor, & fideicōmissari⁹ vl'is. j̄. đ bo. pos. §. quos āt. & đ fideic. hr̄d. §. restitura.

f ¶ Vt liberet. Per acceptilationē, si sol⁹ ē debitor: si hēt correū sociū, idē. aliàs correus ñ soci⁹ pacto ē liberādus, vt ff. đ li. le. l. 4. aliàs. 3. §. nūc đ effectu. ī fi.

SYL.

¶ Adde circa primū casū hoc verū, si liberatio, fuit fcā ī ꝑpetuū: si verò ad tp̄s, tūc sufficit, ꝙ legatari⁹ offō iudicis ↄ̄sequaē, ꝙ sibi silētiū īponaē vsq; ad illud tp̄s l. Aureli⁹ §. cētū ff. e. Circa scđm verò, qñ đbitor hēt correū ñ sociū, dic, ꝙ rō, ē q̄a acceptilatio extingueret obl'onē, & ↄ̄sr ēt correus liberareē: dictū hoc verū, nisi legatū esset factum contemplatione vtriusq;, vt per Bar. in d §. nunc de effectu.]

g ¶ Ad tempus. ut ff de libe. lega. non solum nostrum. §. ij.

h ¶ Si debitor. Secus si alius: quia interest creditoris plures reos habere, vt ff. de lib. le. si quis decedens. §. fin. aliàs incip. §. Iulianus est l. 3.

SYL.

¶ Adde hoc verū in vltimis voluntatibus, vbi pręcisè cogitur: secus in cōtractibus, vt declarat Bar. in d. §. fin.]

i ¶ Creditori suo. s. ciuiliter & nāliter. & cū effectu, & purè: aliàs valet, vt ff. de le. j. l. si creditori. ꝑ totā. l. & l. fināt.

K ¶ Nihil amplius. Sed nūquid hodie

semper

ꝙ est plus, cū habeat statim rei legatę dñiū, & hypothecariā aliarū rerum defuncti? R n. nō, ut ff. de le. 3. l. 3. §. si rem. quia plus tantū quatuor modis dr̄, vt j. de actio. §. plus āt. Et iste modus nō est aliquis de ijs.

hēt. Qđ si in diē, vel sub ꝯdōne debitum ei[a] purè legauerit,[b] vtile est legatū, ꝑꝑ repræsētationē. Quod si viuo testōre dies venerit, vel condō extiterit, Papinianus † scripsit, vtile[c] esse nihilominus legatū, qa semel ꝯsistit:[d] qđ & verū est. Nō. n. placuit sn̄ia existimā

¶ Adde, ꝙ dū prio gl. vult, ꝙ ꝑꝑ solam dñij trāslationē legatū speciei ñ efficiatur utile, cōis opi. est in contrariū. dū verò scđo loco dicit, ꝙ ꝑꝑ cōmodum hypothecæ ñ valet legatū, cōis opi est cū gl. contra quā disputando tenuit Præp. Senen. quæst. 8. i quarto casu.]

† l. verbis. ff. ad l. Fal.

a ¶ Ei. scilicet creditori.
b ¶ Legauerit. s. debitor.
* ¶ Repręsentationē hoc tex. accipe. pręsentē solutionē: ꝓpriè aūt repręsētare est, ante diē soluere. quod apud Gręgos dr̄ προκαταβάλλειν, quā q̄ & repręsentari dr̄ ꝙ pure debetur, si præsenti statim pecunia soluatur, vt apud Tranquil. in Augusto.]

SYL.

c ¶ Vtile esse. ff. de lega. 2. l. debitor. in prin cōtra, vbi est inutile. Sol hic corrigitur. Vel ibi dicit inutile. i. non vtile, cùm & aliam habeat actionem: † potest tamen & ista agi, ut hic.

† Ista ē vera quā ēt sequitur. Bart. in d. l. debitor. Angel.

¶ Adde, ꝙ Pręp. Sen. i 7. q. 8. casus, reprobat oēs rōtiones aliorū, & ipse ponit duas: primo, ꝙ ibi vitiatur legatū, quia erat detentium sub pignore, vnde bene veniēte die non remanet vtilitas quo ad repręsentationē, nec quo ad hypo secus qñ nō esset pignorata, q̄ est falsa: quia tex. nr̄ solū considerat repræsentationē non hypo. secundo, & ibi intelligitur esse inutile quo ast cōmodū medij tpis, & ꝙ illa verba, Tota x. debeanē. ponanē post verbū, Qđ si viuo añ verbū, Sic & in dote. q̄ est falsa, qa verba vnius orōnis nō debent in aliā transferri. Mihi aliàs visū fuit, ꝙ d l. esset correcta, qa l. ꝟbis. ad l. Falc. ē Papin. & tex. nr̄ approbat opi. Pap. & sic cōcordat, & ex verbis, Nō. n. placuit, hic posliris colligiē fuisse q ꝓriū tenuerūt, iter quos potuit esse Pau.]

tiū extinctum esse legatum, quia[c] in eā causam peruenerit, a qua incipere non potest.[f] ¶ Legatū dotis factū à marito vxori valet; ēt si marit⁹ nullā dotē hūit; dummō in legato certū exprimatur. ¶ Sed si vxori maritus dotē legauerit, valet legatū: qa plenius est[g] le-

d ¶ Constitit. idest valuit.
e ¶ Quia. rō illius falsę opinionis.
f ¶ Non pōt. Nota arg. pro vtraque parte ad hāc regulā. vt ff. de verb. obl. existimo. & l. pluribus. §. etsi placeat. & de ijs q̄ ꝓ non scrip. ha. l. si in metallum. §. item si seruo. & de serui. l. pro parte.
ADDI De isto brocardo dic vt ꝑ Dynū i reg. factū lrīmè. đ reg. iur. in 6. & ꝑ Bar. in l. plurib. §. j. ff. de verb. obli.

SYL.

¶ Sed si vxori. Casus. Quærebatur an legatū doti valeret: & videbaī dđm ꝙ nō: qa cū hēat vxor actionē ad dotē, hoc multiplicatio actionū oportet validitatē, ñ vr̄ aliqđ cōmodū, & iō dēt cēseri ut dictū ē s. §. ꝓxi. C⁹ ꝓriu đci dii ꝑꝑ cōmodū repræsentationis, qa erit pl⁹ tpe legatū. § plus. j. de actio. No. ꝙ legatū dotis factū a uiro vxori valet ꝑꝑ cōmodū repręsentationis. Itē ꝙ legatū sub falsa demōstratione debiti, si ñ exprimaē certa quantitas, vel aliter cōstet qd aut q̄tū legetur, non valet, si legans nullo mō ē debitor. Itē ꝙ falsa cā nō uitiat legatum.]

*

g ¶ Plenius ē. s. i cōmodo repræsentationis, cū legatū statim, dos verò annua bima trima die † olim: hodie post annū mobilia, sed immobilia statim, vt C. de rei vxo. actio: l. j. §. cum autē. & ff de do. prælē. l. j. §. verum est.

† i. tribus annis, per singulos annos tertia pars. l. 3. de an. leg.

Dotis legatum a marito vxori fcm̄ valet.

¶ Adde, ꝙ hodie habet annū, etiā si

habeat facultatẽ rei restituendæ statim, q̃uis multi voluerint cõtriũ, moti, quia annus daṫ gratia miserationis: q̃a cũ maritus in d. §. cũ aũt hẽat dilationẽ in iuribus, q̃ sp̃ sunt in facultate mariti, & ea solo verbo põt restituere, patet ꝙ q̃uis hẽat facultatẽ rei restituẽdæ statim, oĩno habet annum prædictum.] Itẽ p̃ dote daṫ actio in quantũ maritus facere p̃t, vel eius hæres, vt ff. sol. matri. l. etiam. j. rñ.

† Aliàs acceperit.

SYL. ¶ Adde hoc verũ in hr̃de filio cõi, secus ĩ aliis, vt cõiter tenẽt doctor. in d. l. ẽt.] At legatum insolidũ: nisi in Falcidia per bñficiũ inuentarij, vt in auth. de hęr. & Fal. §. si verò nõ fecerit. coll. 1. Itẽ si qua pacta in pręiudiciũ mulieris facta sunt, beneficio legati tollun tur, vt ff. de do. præle. l. j. j. respon.

*¶ Adde aliud cõmodũ huius legati, q̃a non minuiṫ ob res donatas vxori à viro. d. l. j. §. Est & illud de do. præl. an ãt deducanṫ impensæ, dic ꝙ sic, si dos simpliciter legeṫ, vt in eo. §. aliud, si leget quicquid ad eum dotis nõie peruenisset, q̃a intelligitur sine deductione impensarum, vt scribit Bart. in l. 3. C. de fal. cau. quo in loco etiam gl. & Bal. materiam commodi huiusce legati dotis tractarunt.]

gatũ, q̃ de dote actio. Sed si quam ñ † accepit dotẽ, [a] legauerit, diui Seuer[9] & Antonin[9] rescripserũt, si quidem simplr̃ legauerit, inutile esse legatũ. si verò certa pecunia, vel certũ corpus, aut instra[b] dotis in prælegando[c] demon strata sunt, valere legatum.

¶ Si res legata facto hr̃dis et ignorantis p̃stari non p̃t, hr̃s tenetur: secus si non suo facto. h d. Ang.

¶ Si res[d] legata sine fcõ[e] hr̃dis pierit, [f] legatario decedit.[g] Et si seruus alienus legatus, si ueignoranter fecerit. Item ꝙ mora debitoris perpetuat obligationem.]

a ¶ Dotem. i. illam dotem, quã non recepit.

b ¶ Instra dotis. s. in quibus cõfessus fuit se recepisse dotem, quam nõ recepit, vt ff. de do. præleg. l. fi. §. fi. & l. cum scriptum. §. item ei, quæ.

c ¶ In prælegando. i. legando. abundat. n. præ, vt ff. de dote p ræle. l. j rñ.

SYL. ¶ Si res legata. Casus. Quæsitũ fuit, an si res legata decedat, aut pereat, cui pereat: & uidebatur perire hr̃di tanq̃ dño. l. incendiũ. C. si cer. pet. sed deciditur contrarium ex eo, quia cũ sine culpa hęredis res legata pereat, non est quid illi imputetur, cùm nõ p̃stet. Casus in alijs partibus facilè figuraṫ. Not. ꝙ debitor speciei legatæ liberatur, si illa intereat, vel fiat insolubilis, & desinat posse p̃stari sine fcõ, & culpa ipsius. Item ꝙ debitor speciei legatæ nõ liberatur, si facto suo mediato, vel immediato interueniẽte desinat posse præstari, siue scienter, si

d ¶ Si res. Puta seruus Stichus.

e ¶ Sine facto. i. mora, quo casu de interitu teneṫ, (j) vt ff. de ver. obl. l. si seruum j. rñ. & de leg. j. cum res. §. fina.

SYL. ¶ Rõnem uide per gl. in l. diuortio. in gl. 3 ff. de neg. gest.] Vel quia sine causa occidit, vt d. l. si seruum. Aliud si eum causa, vt ff. de leg. j. l. quid ergo. §. si hæres. tenetur enim dolo, & lata culpa, & leui, vt ff. eo. j. l. cũ res. §. sed si culpa. & §. culpa.

ADDITIO (1) De negligentia uerò non tenetur debitor actione personali, nisi fuerit in mora, uel peratur res, quæ fuit creditoris. vel negligentia sit circa rem, seu peremptionem substantiæ rei debitæ. Ang.

f ¶ Perierit. Vel non compareat: quo casu caueat hæres de dando, si ad eũ redierit: & suis sumptibus recuperatur, quando post mortem fugitaliàs, i. si in vita, sumptibus legatarij. vt ff. de leg. j. eum res. §. item si res. & de lega. ij. §. si quis seruum.

g ¶ Decedit. quia qui in specie tenetur, eius interitu liberatur, vt hic, & ff. de verb. obl. l. si ex legati.

De

** De materia huius §. vide pulcherrimam distinctionem glo. ī. de lege Falc. in §. quantitas. ver. solida.]

a ¶ Sine facto. in hoc quoq;. s. alieno seruo pōt admitti culpa: puta nō certificauit heres dnm, q si sciuisset se posse vēdere, nō manumisisset. s. forte cū videret eum velle manumittere, vt ff. e. j l. cum res. §. si si alienus. & §. pe. & fi. Itē si fuerit ī mora emendi, vt ff. ď ver. obl. si seruū. §. si ār alienus. & dic fcō. i. culpa vel mora.

b ¶ Manumissus. nam manumissus similis est mortuo, vt ff. de sol. si mihi alienum.

ne fcō[a] hr̄dis manumissus[b] fuerit, nō tenet hr̄s. Si verò hr̄dis seruus legatus sit, & ipse eū manumiserit, teneri[c] ipm Iulianus scripsit: nec interest,[d] sciuerit,[e] an ignorauerit ď se legatū esse. Sed & si alij donauerit[f] seruum,[g] & is, cui

c ¶ Teneri. s. ad æstimationē, ut st. eo. l. si q̄s inquilinos. §. j. & ff. q & ď quibus. hr̄s. Sed hic non dicit tenere manumissionē, sed dicit, ꝙ non minus valeat legatū, s. quo ad æstimationē. ADDITIO. Et valet ēt manumissio: q̄a dn̄is serui hr̄dis nō trāsit in legatariū, vt hic, & d. l. si q̄s inquilinos. secus ī seruo hr̄ditario ēt sub ꝓdōne legato. l. si seruū q sub cōdōne. ff. de mā. Ang.

d ¶ Nec interest. cur secus vbi seruū indebitū sibi solutū quis manumiserit, ut ff. de cond. inde. in summa. §. si seruū. quæ est contrario rū. quia debuit scire, cū factum suū censeatur, vt in auth de iureiur. a mo. j respon.

SYL. ¶ Adde, ꝙ hęc rō nō est gn̄alis, q̄a sine sua culpa posset hr̄s ignorare, si in codicillis postea repertis legatus eēt. l. 3. §. cū transactio. de transa. lō dic, ꝙ lō est, q̄a natura condōnis indebiti est, vt quis teneatur tm̄ quatenus est locupletior. l. si non sortē. §. libertus ff. de cond. inde. unde cum nihil lucri sentiat, qui indebitum recipit, non habet locū: secus in hęrede qui sentit cōmodum ex hęreditate: & ita communiter resoluitur in d. l. in summa. & hic per Ang.

e ¶ Sciuerit. s. ipse hæres.

f ¶ Donauerit. s. hæres.

g ¶ Seruum. A testatore legatum, & erat hæredis.

donatus est, eum manumiserit, tenetur[h] hr̄s, quāuis ignorauerit[i] a se eum legatum.

¶ Extincta ꝑsona primo legata, remanet legatū in accessoria, q̄n fit ꝑ dictionem, cū: secus in rebus. h. d. Aretinus.

¶ † Si q̄s ancillas

h ¶ Tenetur. ad æstimationem, vt s. proximè dixi.

i ¶ Ignorauerit. s. hęres.

SYL. ¶ Si quis ancillas. Casus. Vetebat dubitatio. an si q̄s legasset ancillā cū natis, ea extincta, extingueretur legatū ēt partus: & vr ꝙ sic: q̄a cum essent cō iuncti per dictione, eum, tanq̄ accessorij, extincto principali, videbatur accessorium extingui. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Sed contrariū deciditur, q̄a licet in his duobus primis exemplis nati, & vicarij videantur nolatt per modum accessorij, in re vera nō est ita: nam præpositio, cum, coniungit accessoriè solum illas res; quarum unā alteri accedit: sed q̄n ponitur inter personas, quarum natura est, ut una alteri non accedat, tunc non coniungit accessoriè, sed sunt duo legata separata: & ex his habes rōnes diuersitatis secundi casus hic positi. No. ꝙ legatum hoīs per modum accessorij ad alium hominem principalem nō extinguit, licet extinguat legatū hominis principalis. Item ꝙ non hoī non accedit. Itē ꝙ accessoriū non debet esse maius suo principali. Item ꝙ legatū rei accessoriæ ad hoīem principaliter legatū, si exprimatur verbis accessionem importantib. extinguit extincto legato hōis. Itē ꝙ dictio, cū, q̄n ponitur inter res, quæ possunt una alteri accedere, stat accessoriè, aliàs secus. Item ꝙ extincto principali, extinguitur accessorium.]

taliàs. Sed si quis.

Suis

cũ ſuis[a] natis legauerit, ēt ſi ancillæ mortuæ fuerit, pt[9] legato cedũt.[b] Idē[c] ē, & ſi ordinarij[d] ſerui cũ vicarijs legati fuerit: quia licet mortui ſint ordinarij, tñ vicarij legato cedũt. Sed ſi ſeruus fuerit cũ peculio legatus, mortuo[e] ſuo, vel manumiſſo, vel alienato, peculij legatũ extinguit.[f] Idē ē, ſi fundus iſtructus,[g] vel cũ inſtrō[h] legatus fuerit. Nã fundo alienato[i] & inſtrī legatũ extinguit.

¶ Grex et ī vna oue retinet. & legato grege veniũt oues adiũctę gregi poſt teſtm̃. Idē ē ī legato ædiũ. Arc.

a ¶ Suis natis. aliàs ſuo nato.

b ¶ Cedunt. qa duo legata ſunt ſeparata, vt ff. de pecu. le. l. & ſi ancilla. q̄ eſt l. 3. Sed contra. ff. de ventre inſp. l. j. §. ex hoc vbi dr̄, ꝙ partus eſt portio viſcerum matris. Rñd. ibi loquitur, donec in ventre eſt.

c ¶ Idem eſt. ſic. ff de pecu. leg. l. 4.

d ¶ Ordinarij. Qui ſunt hic? Dic vt infra. quod cũ eo §. cum autem.

* ¶ Declara, vt ibi annotatum eſt ex Alcia. in l. urbana de verbo. ſigni.]

e ¶ Mortuo. ſ. viuo teſtatore, non ſi poſt, vt ff. de pecu. lega. tunc inutile.

f ¶ Extinguit. quia acceſſio eſt, ut ff. de pec. leg. j. & ij. Sed quare nõ ita in ſuperiore caſu? Rñd. pp hominis dignitatē, qa ñ ita accedit, vt ff. de ędi. edi. iuſtiſſimè. in prin.† Itē quid ſi vicarij erant tm̃ in peculio, & legatus eſt cum peculio? Rñd. idem ut exprimere peculium noceat, vt ff. de condi. & demon. ſi in diem in fine.

ADDITIO. Idē & ſi aliæ res erãt in peculio eadē rõne. Si verò leget ordinarium cñ vicarijs & peculio, obtinet, quaſi ſeparet vicarios a peculio, vt l. ſi peculium. §. ſi ſeruus. ff de pe. leg.

g ¶ Inſtructus. Hinc primo articulo ꝯdicit, ff. de fund. inſtru. ſi cui. in fin. Solu. ſm Ro. hic ſimpliciter pp rudes ſic loquit. Vel dic, ꝙ ſit idem qđ in partu & vicarijs, & qđ ſequitur, Cũ inſtrumento, referatur, ad proximum de peculio. Vt ſubtilius, refertur inter inſtrumētum fundi, quod perit ſemper perempto legato fundi, & inſtrumentum patrisfamilias, quod non perit, licet legatũ fundi pereat: & hoc caſu loquitur lex contraria, & alia cõtraria in eo ti. l. j. Arg. cõtra. ff. de fun. inſtr. l. quæſitũ. §. ſed ſi fundus. & §. inſtructo. quibus dicit, ſi fundus inſtructus legatus ſit, inſtrumētũ patrisfamilias continetur, non agri. ſed ibi ſubaudi, tantum.

¶ Adde, quòd hæc ſolu. tenēda eſt, quæ fuit Azo. aliæ enim falſæ ſunt.] Vel dic illã eſſe Pauli ſententiam in l. ſi cui, iſtã Labeonis a Iuſtiniano probatam: & ſic corrigitur illa.

* ¶ Inſtructi legatum, quid differat a legato inſtrumenti, vide Ant. Auguſti. lib. Emen. 2. c. 4.** qui etiam priorem Accurſij interpretationem de voce, tantum, ſubaudienda in d. §. ſed ſi fundus probat.]

h ¶ Inſtrumento. Eſt aũt inſtrumentum apparatus rerum diutius permãſurarũ, ſine quibus non poſſet exerceri poſſeſſio: vt ff. de fundo inſtruc. q̄ſitum. j. reſpon. Et ſunt inſtrumenta fundi quæ fructus quærendi, cogendi, ſeruãdi gratia comparata ſunt: ut ff. de fund. inſtruc. l. inſtrumenta. quę ſunt, ibi habes.

i ¶ Alienato. a teſtatore.

¶ Si grex. Caſus. reuocabatur in dubiũ legato gregis facto, ex eo ꝙ grex ad vnã tm̃ vel pauciores oues redactus fuerat, an in remanētib. ſubſiſteret legatũ: & videbatur ꝙ nõ, qa ex quo nõ erat amplius grex. l. oues. ff. de abige. & legatus erat grex. videbat extinctum legatum. contrarium rñdetur: quia eo legato legatur qđ tota le. & iõ ſingulæ eius partes legatę intelligunt, & ideo vna ſola ouis debetur ut hic. Nota, ꝙ ſi grex legatus ad vnã ouem reducatur, nihilominus debetur. An verò hoc idē ſic, qñ deficit

† Sec[9] aũt cēt in fętu aĩaliũ brutorũ, & in ijs q̄ nõ veniũt p modũ prĩcipalis & acceſſorij, vt ſi legeť equus cũ aſino: quia duo legata cēſentur. Et hæc inducuntur ad qõne de ingrediente monaſteriũ, ut variato in greſſu, nõ valeat bonorũ dedicatio, niſi expreſsè ſe & ſua dedicaſſet ſecũdum Doct. hic.

SYL.

SYL.

Inſtrumētũ quid.

ficit grex ante mortē testantis, disputat latè Pręp.Señ.in j.q.v.casus. Itē ꝙ legatū vniuersale recipit augmētum & diminutionē. Item quid sit grex. Item domus ex quibus constet.]

mistura.§.j. & ff.de rei vendi. in rem. §.at in ijs.

f ¶ Cedere. Sed columna vel tignum domus legari pure nō potest, vt ff. de leg.j.l. cætera. ne vrbs deformetur. † — † Facit. l. vlt. ff. ne quid i lo. pub. SYL.

¶ Si [a] grex legatus fuerit, & postea ad [b] vnā ouem puenerit: qđ super fuerit, vendicari pōt. [c] Grege autē legato, [d] ēt oues eas, q̄ post testm̄ factū gregi adijciuntur, legato cedere Iulianus ait. Est † enim gregis vnum corpus [e] ex distantibus capitibus, sicut ædiū vnum corpus est ex cohærentibus lapidibus.

¶ Aedibus denique legatis, colūnas & marmora, quæ post testamētum factum adiecta sunt, legato dicimus cedere. [f]

¶ Augmentum vel diminutio peculij legati viuo testatore ad legatariū spectat: sed si post mortem ante aditam hæreditatē, cedit legato, si est legatum ipsi seruo: secus si extraneo. Aret.

a ¶Si grex, Qui ex decem ouibus cōstat, vel quatuor vel quinque porcis, vt ff.de abigeis.oues.

ADDITIO. Tres autē homines constituunt collegium. l. Neratius. ff. de verbo.sign.

b ¶Ad vnā ouem. sic ff. q̄ cu.vni.l.sicut. §.fin.& ff.eod. titu.j.l. si grege. († aliàs aūt.)

SYL. ¶Adde tamē, quòd grex ad vnam ouem redactus non est grex: & tamen collegium ad vnum redactum remanet collegium.d §.fin.

c ¶Vendicari potest.ff.quib.mo.vsusfructus amit.l fin cōtra Solu. facilius perditur legatum vsusfructus, q̄ proprietatis, vt argu.ff.eo.ti. repeti.§. rei mutatione.& ff.eo.l.si grege.in fi.

SYL. ¶Adde, ꝙ solu.glo.communiter tenetur, licet aliàs publicè disputando cōtrarium tenuerim.]

ADDITIO. Hoc verum est, quādo est relictus vsusfructus, vt gregis, secus si singulorum capitum.Angel.

d ¶Legato. Sic.ff eo.l.grege.sic infra. §.proximo.

e ¶ Corpus ex distantibus capitibus. Tria enim sunt corpora rerum. Vnū quod vno spiritu, idest elementatione continetur.vt homo, lapis Secundum, quod ex cohærentibus constat.. vt domus, & armariū. Tertium, quod ex distantibus corporibus: vt grex, & populus, vt hic, & ff.de vsucap. rerum

¶ Si peculiū. Casus. Quæstio fuerat, an quod accederet, vel decederet peculio legato, pertineret ad legatarium: & videbatur dicendum ꝙ non, quasi de eo peculio testator voluerit intelligere, quod erat tempore testamēti.arg. l.si cognatis.ff. de rebus dub. contrarium respondetur, qa cum peculiū sit quid vniuersale, quamuis recipiat augmentum vel diminutionem, tamen est semper idem. Sed tunc quæsitum fuit, quid de eo, quod contingit post mortem testatoris: & videbatur, ꝙ cuicunq; legatum sit, cùm legatum cedat a morte testatoris, tale augmētum vel diminutio spectaret ad hæredē.sed cōtrariū deciditur in seruo: & ratio est, quia qñ datur libertas seruo testamento, & sic directa, ita demū ei competit, quando aditur hæreditas, & iō propriè pp cōmodum serui non dicitur cedere nisi tempore aditæ.l. hæredem.§.fin.ff quando di leg.ced. No.ꝙ legatū peculij recipit augmentum & diminutionem viuo testatore. Item ꝙ augmentum peculij legati seruo, contingens post mortem añ aditam, cedit lucro serui. Item quòd dies legati peculij seruo cedit ab adita. Item ꝙ augumentum contingens ex rebus peculiaribus post mortē ante aditam spectat ad legatariū, aliter

¶ Si peculium legatum[a] fuerit, sine dubio quicquid peculio[b] accedit, vel decedit viuo testatore, legatarij lucro, vel dāno ē. Qđ si post mortem testatoris ante aditam hæreditatem aliquid seruus acquisierit, Iulianus ait, si quidē ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne, quod ante aditam hæreditatem acquisitū est, legatario[c] cedere:[d] qa[e] hmōi legati dies ab adita hrēditate cedit: sed si extraneo peculium legatū fuerit nō cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum[f] fuerit. †

¶ Legata libertate non venit peculium: secus si manumittatur: & legato peculio non intelligitur legatum, quod dominus debet.

aliter pon. Itē ꝙ verbum, extraneus, diuersimodè accipitur.]

a ¶ Legatū fuerit. seruo vel extraneo.

* ¶ Peculium serui est, qđ seruus dñi permissu separatum à rationibus dñicis habet & administrat. l. ꝗ posi ti. ff. de pecul.]

b ¶ Peculio. Nam & futurum peculiū legari potest, vt ff. de pecu. leg. l. ei quoque. & facit ad hoc. §. proxi. §.

c ¶ Legatario eidemq; manumisso. Acc.

d ¶ Cedere. Nota tria tempora: ante mortem testatoris: & post, ante aditam hæreditatem: itē & post. In primo tēpore. s. quo non inuenitur cessisse dies legati, omnes sunt legatarij pares: nam quicquid eo tpe acquirit seruus talis, ei, cui hoc peculium est legatū, acquiritur, siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictū: quia nō cedunt legata. similiter in tertio. s. sunt pares. In secūdo distinguitur extraneus à seruo, vt hic. Nā quod legatum cedit extraneo à morte, hoc seruo ab adita hæreditate: quia nec libertas sibi prius debetur, vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur. & §. in nouissimo. Nam pura legata, vel in diem certam relicta, à morte cedunt: nisi in sex casibus, vbi ab adita hæreditate, vt C. de cadu. toll. §. cum igitur. & §. in nouissimo. & ff. qn di. leg. ced. l. ij. † inter quos legatum seruo manumisso relictum est vnus, vt hic. Conditionalia, vel in diem incertum relicta, ex die, vel conditione existente cedunt. i. transmittūtur ad hæredes.

¶ Adde hoc verū in re de sui natura non transmissibili, qa tunc transit ab adita: vt in legato seruitutū personalium. l. si post diem. ff. quan. dies leg. ced. & idē in realibus. l. receptū. in fi. ff. com. prædio. & in pluribus casibus not. in d. §. in nouissimo.]

¶ Nam ante conditionem, vel diem venientem si decedit legatarius, nō transmittitur, vt C. de cad. tollē §. fin aūt. Nisi in tribus casibus. Primus, vt ff. de cond. & demon. conditiones. Secundus. ff. eo. l. 13. Tertius. ff. quando dig. leg. ced. si cum præfinitiōe. Item verbum, cedere, duas habet significatiões. i. incipere deberi, vt ff. de ver. sig. l. cedere. Item cedere quantum ad transmissionem, vt accipitur. C. de cad. toll. per totum. & in vtraque potest hic accipi.

¶ Adde, ꝙ dicit̄ cedere quatuor modis: aut quo ad transmissionem, aut quo ad obligationem, aut quo ad petitionem, aut quo ad dominij trāslationem: de quo per doct. in l. j. C. commu. de leg.] SYL.

e ¶ Quia. Bona est ratio: si enim prius cederet, idē esset, quod in extraneo. Est & alia ratio, vt ff. de pecu. leg. l. denique. §. fi. vbi dicitur, ꝙ verisimile est, eum omne augmentum ad ipsum pertinere voluisse cui &c.

f ¶ Auctum fuerit. s. peculium.

¶ Peculiū aūt. Casus. Dubitabatur an legata libertate deberetur peculium: & videbatur, qđ sic: qa seruo manumisso, si non adimitur, remanet peculiū: & valet argumentū de actu inter viuos ad vltimas voluntates: sed con- SYL.

† Et hæc vera. quando dies est certa an & qñ: si verò certa an, sed incerta qñ: vt ī diem mortis: tunc si legatarij, hr̄ ꝓ puro: si extranei vel hæredis, hr̄ ꝓ cōdōnali: sicut qñ est dies penit⁹ incerta: sed qñ oīno ē extitura: vt si Sol. vel ante Christ⁹ nascetur, tūc hr̄ ꝓ puro, scdm Ang. hic. SYL.

† alias fuerit peculium.

contrarium uidetur. & ratio ponitur in glo. in ver. quis. No. ꝙ argumentũ de contractibus ad ultimas uolunrates non valet, vbi est diuersa ratio. Itẽ ꝙ manumissio inter viuos tribuit peculium, secus in vltima voluntate. Item ꝙ in legato peculij seruo facto in dubio non continentur debita a domino ipsi seruo ratione peculij. Item quòd si legata est libertas seruo, si rationes reddiderit, censetur legatum peculium.

SYL. ¶ Casus non figuratur, quia procedit tradendo regulam totā in mā successionū, dubitandi tamen ratio poterat esse duplex: altera, φ agnationis successio fundata est in nobilitate & dignitate familiæ. §. cæterū. s. d le agn. suec. cognatio āt super iure naturali, & naturali coniunctione: iō videbatur præferēda cuius priū factum est. quia antiquo iure est magis habitus ille respectus quàm naturæ, licet ma lè, vt in l maximū vitium. C. de libe. præte. Alia rō poterat fundari ex tex. in authen. de hære. ab intesta. §. j. vbi fit æquiparatio agnationis & cognationis: sed hoc non poterat facere dubitationem in hoc tex. quia non erat, eùm sit ius nouissimum, sm qd corrigitur totus hic titul. Ideò doct. sicco pede pertranseūt. No. ordinem successionum. Itē φ fratres, quā uis emancipati, connumerabantur etiam inter agnatos ex l. Anasta. Itē φ capitis diminutio tollebat agnatio nem tanquam vinculum ciuile, & per consequens hęreditatem & successionem ex illo capite.]

Post suos [b] hrdes, eosque quos inter suos hrdes Pretor [c] & cōstōnes [d] vocant, & post lēimos († quo numero sūt agnati, [e] & ij, [f] quos ī locū agnatorū tam s. dicta senatusconsul ta [g] q̄ nr̄a crexit cō stō [h]) pximos [i] cognatos Prętor vocat: qua pte nālis

† Aliàs quorū in numero.

b ¶ Suos. Vt supra de hæred. quæ ab intesta. § j.

c ¶ Prætor. vt s. de hęre. quæ ab inte. §. emancipati.

d ¶ Constitutiones. vt s. de hęre. quæ ab intesta. § j. ver. necnon. & § item vetustas ver. diui.

e ¶ Agnati. Vt supra de leg. agn. succ. in principio.

f ¶ Et ij. scilicet qui sunt de numero legitimorum.

g ¶ Senatusconsulta. Vt supra proxi. duobus tit.

h ¶ Constitutio. vt s. de leg. agna. suc cess. §. hoc etiam.

i ¶ Proximos. Scilicet quos nemo cognatus antecedit vel pcedit, siue vn9 sit, siue plres: & inspicit qs pximior sit eo tpe, quo bonorū possessio defert, vt ff. e. l. j. §. pximus. & §. gradatim.

a ¶ Cognatio. Nunquid ergo inter seruos datur hæc bonorū possessio? Rñ. etiam si fiat postea liber, non datur, vt ff. e.l.j.§.ptinet,& l.is qui. Sed nunquid adoptiuis, s. quia nō videtur ibi naturalis causa? Respō. sic: quia quibus agnascit, & cognascitur, vt ff. eod. l.j. §. cognationem. Acc.

ADDITIO.

Sed hoc non obtinet iure nouo. Vide supra de hæreditatibus, quę ab intesta. §. at ij. versicul post mortem. in fin. Io. Fab. & Ang.

b ¶ Quique. Breue debet eē illud, que.

c ¶ Non habēt ür. Vt supra titulo j. §. sciēdum.

e ¶ Tertio ordine. Nā sunt quatuor ordines succedendi, vt ff. si tabulæ testa. nullæ ex l. prima.

cognatio[a] spectatur. Nā agnati capite diminuti, q̄que[b] ex his ꝓgeniti sunt, ex lege 12. tabu. inter legitimos nō hñr, [c] sed à Prætore tertio ordine [d] vocanť: exceptis[e] solis tñmodo fratre & sorore emācipatis, ñ ēt liberis eorū, quos [f] lex Anastasiana [g] cū fratrib. integri[h] iuris constitutis vocat qdē ad lTimam fratris hrditatem, siue sororis: nō ęquis tñ partibus, sed cum aliqua diminutione, [i] quā facile est ex ipsius cōstōnis verbis colligere. Alijs verò agnatis inferioris grad[us], licet capitis diminutionē passi ñ sunt, tñ anponit eos, k& proculdubio cognatis. [l]

¶ Transuersales per lineam fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiua existentes, vocantur ex isto ordine. Areti.

¶ Eos etiā, [m] qui per fœminini sexus personas ex transuerso cognatione iūgunť, tertio gradu [n] ꝓximitatis noīe Prætor

k ¶ Eos. s. fratres emancipatos. Acc.

l ¶ Cognatis. s. anteponit: & sic vocātur cum fratribus, & agnatis & cognatis vlterioribus præferuntur.

¶ Eos ēt. Casus in prima parte tex. nō figurať, cū notissimū sit ius cognationis: ī trāsuersalibus esse: sed in secūda parte dubiū faciebat, quia adoptionis vinculū ciuile est: vñ nō poterat acquirere iª cognationis, qđ nāle est: ideo nō videbatur, ꝙ efficerētur cognati alicui ēt parenti, q̄a cognationem facit natura, nō voluntas. Contrarium tñ respondeť: hoc tamen secundum intellectum Angel. qui intelligit hūc tex. vt effi ciantur cognati etiam patri adoptanti: sed fm intellect. Christo. qui intelligit, vt vocentur. s. per Vnde cognati ad successionem patris naturalis, prædicta ratio non obstat, sed conuenit, quia vinculum ciuile non pt tollere naturale vinculum inter patrem naturalem, & filiū, q̄uis transierit in alienam familiam per adoptionem: & ita intelligit glo. in ver. liberi. dum allegat §. admonē di. s̄. de hære. quæ ab intesta.]

STYL.

e ¶ Exceptis. Nam isti inter legitimos numerantur.

** Concor. §. fi. ī. de ser. cog.]

f ¶ Quos. Scilicet fratres emancipatos & sorores.

g ¶ Lex Anastasiana. Quam non habemus, sed de ea habetur mentio C. de legi. tut. l. 4. & de leg. hære. l. fi. §. j. Accursius.

h ¶ Integri iuris. i. non emancipatis.

** Eadem expositio infra de ser. cogn. §. amotis.]

i ¶ Diminutione. tertiæ partis forte.

** Hoc hodie correctum est l. vlt. §. cùm igitur. C. de leg hæred.]

m ¶ Eos. Non solum agnatos capite minutos, vt s̄. &c.

n ¶ Tertio gradu. s. cognationis.

* No. ꝙ verbū ꝓximitas accipiť ꝓ cognatiōe. sic ī §. se. & l. i. ad tertul. C. & [illegible] & ī hac significatiōe magis ī vsu ē.

Liberi

ad successionem vocat.

¶ Liberi[a] quoq; , qui i adoptiua familia sunt, ad naturalium parentū hæreditaté hoc eod. gradu[b] vocantur.

¶ Vulgo q̄situs ñ hēt agnationē sed cognationē: ideo succedit mr̄i & alijs ex sua linea descendentibus isto ordine Ange.

¶ Vulgo quęsitos nullos hr̄e agnatos manifestū est: cū agnatio a pr̄e sit, cognatio a matre: hi aūt nullum patrē hr̄e intelligunt. Eadē rōne nec inter se quidē pn̄t videri consanguinei esse: qa cō sanguinitatis ius species[c] ē agnationis. tantū ergo cognati sūt sibi,[d] sicut & mr̄i cognati sūt. Itaq; oib.[e] istis ex ea parte ꝯpetit bonorū possessio, qua ꝓximitatis nomine cognati vocantur.

¶ Agnati vsq; ad decimū gradū, cognati vsq; ad sextū succedūt, incluso filio sobrini & sobrinę. Ang. Are.

¶ Hoc loco[f] & illud necessariò admonēdi sumus, agnationis qdē iure admitti aliquē ad hr̄ditaté, & si decimo gradu sit: siue de lege 12. tabu. q̄ramus, siue d̄ edicto, quo prætor ltīmis hr̄dib. daturū se bonorū possessioné pollicet. Proximitatis[h] verò nomine ijs solis Prætori promittit bonorum possessioné q vsq; ad[k] sextū gradum cognationis sunt, & ex septimo,[l] à sobrino sobrinaq; nato natęvæ.[m]

a ¶ Liberi. vt ī. de hæred. quæ ab intest. §. admonendi.

ADDITIO. Hoc hodie immutatū est, vt habetur. C. de adoption. l. penul. Angelus.

b ¶ Eodem gradu. Scilicet tertio, puta cognatiōis.

SYL. ¶ Vulgo. Casus non figuratur, qa text. assignat rationem decidendi, & dicit nullam esse rationem dubitandi, ibi, manifestum est. Not. collige vt per Angelum.]

Agnatio & consanguinitas differunt.

c ¶ Species est. Nam agnatio genus est: consanguinitas est illa, quę inter fratres tantū est, vt ff. de suis & leg. l. ij. primo respon. & ī. de leg. agna. successi. §. primo.

d ¶ Cognati sunt sibi, sic ff. eodem. l. si spurius.

e ¶ Itaq; omnibus. Inter se & cum matre, vt ff. unde cogna. hac parte.

SYL. ¶ Hoc loco. Casus non figuratur in regula, cuius ratio est maior fauor debitus agnationi & familiæ, quam cognationi secundum ius istud: ratio autem exceptionis sobrinorum est propter frequentiam. No. summa.]

f ¶ Hoc loco. Iste §. communis est ad totum istum titulum, & illum ī. de legi. agna. succ. sic. ī. tit. j. §. fi.

g ¶ Legitimis. s. agnatis.

h ¶ Proximitatis. i. cognationis.

i ¶ Prætor. cautè tacet hic de iure ciuili. Nam cognati de iure ciul. non vocātur.

K ¶ Vsque ad sextū. immo videtur, ꝙ vsque ad quintum tm̄ vocētur tam agnati q̄ cognati, vt ff. de vete. mi. suc. l. ij. §. fin. Sed rñ. illa ēt in castrēsibus loquitur, hęc in alijs.

¶ Hæc sol. cōmuniter tenetur ꝫm Christo. hic.] SYL.

¶ Vel dic, ꝙ ibi ita erat de facto. s. quidā in quinto gradu: & ita factum narrat.

¶ Ex uerbis huius glo. no. ꝙ nō licet sumere argm̄ à uerbis enūciatiuis legis, qđ sæpè accidit: hr̄ in l. ex his. C. đ test. mil.[*] de quo multa tradit De. ꝯs. 13. col. 4.] SYL.

l ¶ Ex septimo. Subaudi, qui sunt.

* ¶ Sobrini, sobrinæq; sunt, qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, uel amitinis progenerantur. §. sexto. ī. tit.]

m ¶ Nateve. Sed nunquid sunt alij in septimo gradu? Rñ. multi & alij esse possunt, vt colligitur ꝗ. ti j. §. sexto. Itē & quare magis hi vocantur, ꝗ alij, in septimo gradu? Rñ. quia hi respiciūt inferius lineā transuersalē, alij oēs superius, vt argu. ff. vñ lib. scripto. in fine.

SYL. ¶ Communis ratio differentiæ est frequētia, vt testatur Angel. hic.

¶ Sed nunqd corrigit hodie distictio h° §. p auth. de hę. ab intest. §. si verò neq; ver. nullā vero. ubi nulla inter agnatos & cognatos dr̃ia fit? P. dixit oēs in infinitum succedere, & sic corrigit quod hic dr̃, Nos oēs vsque ad 10. gradum vocamus: non autem trahimus agnatos ad cognatos: cùm extēdere successionē debeamus, idest uelimus, vt ꝗ. de bon. pol. § adhuc.

Cognati & agnati pariter succedūt hodie vsque ad decimū gradum.

SYL. ¶ Hæc gl. cōiter ap. pbat, f'm doc. hic.] ** Intellige hāc gl. in alijs successionibus, ꝗ eo mitū & baronū: nā in his succedit ī infinitū, donec sint agnati primi stipitis, Bald. in c. j. col. ulti. & ibi quoque Mart. Laud. & Card. Alex. tit. de feund. march & Doc. consi. 85.]

¶ Argu. ꝓ. C. de pactis con l lege. & ī authen. de nupt. §. deinceps. colla. 4. (i) Quod dictum est, patet in authen. in successione C. de suis & legiti.

Additio. ADDITIO. (i) Sol. ibi maior trahitur ad minorē, quia cōstat patres in hoc tm̄ conuenisse: & hoc satis cōstat de mente legis successionem ampliare volentis. Preterea cùm textus hodie vocet cognatos & agnatos, cōstat eos censeri legitimos, & vt legitimos succedere vsq; ad decimum gradum, vt hic, arg. ꝗ. eo. in princ. Ang.

Continuatio. ¶ De g. ae. ... cognationum.

¶ Quoniā in succedendo admittitur qui est proximior in gradu. vt cōprehendatur in quoto gradu quis sit, ponitur iste titul. Ang.

¶ De gradibus cognationum.

¶ Omnis agnatio est infra, aut supra, aut ex transuerso: & superior & inferior incipit a primo gradu: ex transuerso verò incipit a secundo gradu.

Diuisio. Hoc loco. ¶ Iste titulus diuidit ī plures partes. Primò continuat materiam. Secundò incipit dinumerate gradus. Tertiò dat vnam regulam generalem in gradibus ad cognatos. Quartò ponit, quomodo numerentur gradus agnatorum. Secunda ibi, Quare in. Tertia ibi, Hactenus. Quarta ibi. Agnationis.

Hoc loco necessariū[a] est exponere, quemadmodū gradus[b] cognationis numerēt. Quare ī primis admonēdi[c] sumus, cognatione aliam s. numerari, aliā ī. aliam ex trāsuerso,[d] quæ etiā à la-

SYL. ¶ Necessariū est. Casus non figurabitur in hoc titulo, quia procedit per viam regulæ & declarādo terminos. Not. triplicem lineā. Item ꝙ duæ primæ a primo gradu, tertia verò transuersalium incipit a secundo gradu, qui gradus primus est respectu transuersalium.]

SYL. a ¶ Necessarium. Sed quid ad nos de his? Rñ. propter hęreditates, quæ per gradus deferuntur & tutelas, & propter testimonia non dicenda, ut ff. e. l. iurisconsultus.

¶ Adde, item propter matrimonia, propter iudicium iniuriarū ex l. Cornelia. l. lex Cornelia. ff. de iniur. quæ computatio quo ad matrimonia abrogata est: quo verò ad hæreditates & tutelas attenditur etiam in terris ecclesiæ & inter personas ecclesiasticas, secundum communem sententiā in l fi. C de suc. edic.]

b ¶ Gradus Quid sit, dic ut infra eo. § hactenus.

c ¶ Admonendi. Sic ff. eo. l. j.

d ¶ Aliā ex transuerso. Hęc superflua videtur, vt ff. eo. l. nemata. contra Sol. Ibi in directa linea tantum loquitur, hic in indirecta.

A secundo

Cognatio trāsuersalis quare non incipit a primo gradu.

¶ A secundo. Sed quare non a primo? Rnd. cùm ego patri meo sim in vno gradu, & ipse pater fratri meo in alio, sumus ergo in duobus gradibus ego cum fratre, facto ascensu ad patrem quasi p quendam gradum, vt ff. eo. l. iurisconsul. §. gradus. (i) sed nullus ex transuerso proximior fratre inuenitur, ergo non põt inueniri primus gradus à latere, vt hic, & ff. eo. l. j. in prin.

ADDITIO (i) In plano em de iure ciuili nõ est gradus: & iterū à patre descēdis ad filiū, & est secūdus gradus. de iure aūt cano. non ascendit ad stipitē, imo p saltus ēt in linea plana fit cõputatio, vt per Angelum.

b ¶ Primò. Pater, mater. Si pater est mihi in primo, & ego sibi in alio primo, ergo sumus in duobus. Respon. Non sequitur: nam sum ei in primo, ita q in eodem: & inter me & ipsum vnum tantum gradum facimus ad similitudinem fenestræ: nam duæ columnæ ex lateribus vnam faciunt fenestram, tertia etiam adiecta fit alia fenestra: & ita in gradu persona adiecta etiā vna deinceps facit gradum, vt infra eod. §. hactenus.

ADDITIO. Notā hanc glossam, q ad faciendum vnum gradū primum non sufficit ponere vnā personā: sed duę personæ primæ faciunt vnum gradum. quo primo gradu facto ex duabus personis, vnaquæque persona sola, quæ postea adiungitur, facit alium gradū ad similitudinem fenestrę: quia necessario ad perficiēdum vnam fenestrā, requiruntur duę columnę, postea vnaquæq; columna superaddita, facit aliam fenestrā. Angelus.

tere dicitur. Superior cognatio est parentū: inferior liberorū: ex transuerso fratrū, sororūve & corū, qui quęve, ex his generantū: & cõuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et superior qdem & inferior cognatio à primo gradu incipit: at ea, quæ ex transuerso numeratur, à secūdo. a

¶ Ponit personas primi gradus tam ascendēdo, quàm descendendo.

¶ Primo gradu est s. pater, b mater: infra filius, c filia.

¶ Auus & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in secūdo gradu. Aret.

¶ Secundo gradu supra auus, auia: j. nepos, neptis: ex transuerso d † frater, soror.

¶ Proauus & aliæ personæ hic positæ sunt in tertio gradu cognationis. Angelus.

¶ Tertio gradu supra proauus, proauia: infra pronepos, proneptis: ex trāsuerso e fratris sororisque filius, filia: & conueniēter † patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui grecè f † πατράδελφος appellatur. Auun-

† aliàs frater & soror.

† aliàs patruus & amita, auunculus & matertera.

† aliàs πρῶος

c ¶ Filius, filia. Qui licet multi sint, omnes sunt patri in primo, inter se autem in secundo, vt ff. eodem. l. iurisconsultus. §. transeamus.

d ¶ Secundo gradu. Ex trāsuerso. nunc de hoc gradu incipit, cū nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur, vt ff. eodem. l. j. in prin. †

e ¶ Tertio gradu Ex transuerso. Nota cautè, q etiam illi, qui sunt ex trāsuerso, diuiduntur in superiorem & inferiorem lineam: & sic reperies in sequentibus gradibus, & quandoque in parentibus, vt j. eo. §. iiij.

f Grecè, † Patradelphos, vt clarè patet ex tex. dr frater patris: & mitradelphos frater matris: uterq; potest dici theios. Similiter patradelphi est soror patris, mitradelphi uerò soror matris: & vtraque theia dicitur.

† Et s. ec ver. & superior q dem.

† Sunt tenēt is gl. n e se Accu

Quarto

a ¶ Quarto gradu. Nepos. Hoc inferius respicit.

b ¶ Patruus magnus. hoc refertur ad superiorem lineã transuersalem.

c ¶ Auunculus magnus. autem construat, qui est mei patris patruus, mihi erit magnus patruus: qui meæ matris auũculus est, mihi erit magnus auunculus. Sed quid si erat patru' matris meæ, vel auunculus mei patris? Respon. Ioan. omnem illum mihi esse patruũ uel auunculum magnum, qui est meo patri uel matri simplex, vt ff. eodem. l. iurisconsultus. §. patruus. & C. de succeß. edic. l. prima. Sed Ro. contra.

d ¶ Quinto gradu. Filius filia. Isti nominatiui referunt superiores genitiuos ab illo versiculo, item fratris &c.

'ς μη-τρός. Patruus patris est mihi patruus magnus. † aliàs nepos, neptis. † aliàs ex fratribus progenerãtur aut sororibus.

cul' ẽ frater mr̃is, qui gręcè † μητράδελφος dr̃. Et vterque ꝓmiscuè θεῖος appellat̃. Amita ẽ patris soror, q̃ grę cè πατραδέλφη appellat̃: mr̃tera xͦ ò mr̃is soror, q̃ hic gręcè μητραδέλφη dr̃: & vtraq; ꝓmiscuè θεῖα appellat̃.

¶ Qui distat a stipite p tres ꝑsonas vel gradus, tam in linea ascẽdenti q̃ descẽdẽti directo, est in q̃rto gradu: sed ĩ linea trãsuersali, si distat p duas personas. Ang. Ar.

¶ Quarto gradu s̃. abauus, abauia: ĩ. abnepos, abneptis: ex trãsuerso fratris sororisq; † nepos[a] neptisve: & ꝯuenienter patruus [b]magnus, amita magna, i. aui frater & soror: itẽ auũculus[c] magnus & mr̃tera magna, i. auię frater & soror: ꝯsobrinus, cõsobrina. i. q, q̃ve † ex sororibus, aut fratrib. ꝓcreãtur. Sed qdã rectè ꝯsobrinos eos ꝓpriè dici putant, qui ex duab. sororib. progeneranẽ, quasi ꝯsororinos: eos verò: q ex duob. fratrib. ꝓgenerant̃, ꝓpriè fres patrues les vocari: si aũt ex duob. fratribus filię nascunt̃, sorores patrueles† appellari. At eos, qui ex frẽ & sorore ꝓ generãt̃, amitinos ꝓpriè dici putãt. Amitę tuę filij ꝯsobrinũ te appellãt, tu illos amitinos.

¶ Atauus, & atnepos: & alię personæ hic enumeratæ sunt in quinto gradu. Ange.

¶ Quinto gradu s̃. † atauus, atauia: ĩ. † atnepos, atneptis: ex trãsuerso fratris sororisq; ꝓnepos, & ꝓneptis: & ꝯueniẽter ꝓpatru', ꝓamita. i. ꝓaui frater & soror: & proauũculus, & ꝓmatertera. i. ꝓauiæ frater & soror: itẽ fratris patruelis, vel sororis patruelis, ꝯsobrini & ꝯsobrinę, amitini & amitinæ filius[d] filia: † propior[e] sobrin',

Et sunt omnes isti in quinto gradu lineæ collateralis respectu descendentium.

e ¶ Propior sobrinus. Quasi dicat, qui filius dicitur propior sobrinus, & quæ filia dicitur ꝓpior sobrina.

ADDITIO.

Vel dic & forte melius sensum textualem esse, & ꝓpior sobrinus & propior sobrina sunt in quinto gradu & qui sint tales, declarat textus subiungens, hi sunt patrui &c. Est enim propior sobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ: & idem dicas de propiore sobrina, quòd scilicet sit filia &c. vt clarè patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborem corrumperet.

¶ Glos. male exponit, & text. seipsum declarat, dum dr̃, hi sunt.]

¶ Adde, quod propior seu propius sobrino, qui

† aliàs appellant.

† aliàs ad auus adauia.

† Aliàs ad nepos ad neptis.

SYL. † alias ꝓpius sobrino pro pius sobrina, alias ꝓpior sobrino.

no, qui & propius sobrinus appellatur, sic dicitur, quasi vno gradu nobis propior sit, q̄ sobrinus: sobrini autem sunt inter se duorum consobrinorum filij. Vbi igitur alter consobrinus filios non hēt, alter hēt: ille huius filijs propior sobrino est: sobrini verò mei fili⁹ sobrino natus appellatur.]

a ¶ Hi sunt. Su baudi, in quin to gradu lineæ collateralium ex parte ascendentium, scilicet filius patrui mei magni, & similium, de quibus dicit hic, & ff. eo. l. j. in fi. & secunda.

¶ Hactenus. Casus non figuratur, quia stat in traditione regulæ: & notāda sunt verba tex. & summarij. Itē ꝑ facilius percipiuntur ea, quæ oculis subijciuntur, quàm quæ auribus.

b ¶ Generata persona gradum. Hoc est verum si vna ab vna, non si plures ab vna, vt ff. eo. iurisconsultus. §. transeamus.

¶ Et sic in linea directa non est dñia, sed fit computatio pariter ſm quod in hoc versu continetur: Personas numera quot sunt a stipite dempto, id est quot sunt personæ generatæ a stipite, computatis etiam omnibus intermedijs, & ijs de quorum gradu & cōiunctione quæritur, dempto tñ. i. non computato stipite, tot sunt gradus, & toto gradu distant eæ, de q̄bus quærimus: q̄ regula de iure ciuili ēt ꝓcedit in collateralibus: sed de iure canonico ꝓcedit solum inter ascendētes & descendentes.]

¶ Et hoc est verū ex omni ordine graduū ſm nos. † Sed secundum canones ex latere transuerso aliud est: nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipsi in secundo, & sic de singulis vt in decre. 35. q. v. cap. ij. sed fuit eorū consideratio bona propter matrimonia: † nostra etiam bona propter hæreditates, quæ per gradus deferuntur, vt infra de bono. poss. §. adhuc. autē, & ff. eo. l. iurisconsultus. in princip.

† Et sic in directa linea ascendentiū & descendentiū nō est dñia: quia vtroq; iure si persona, de q̄b. agitur distāt æqualiter: toto gradu distant inter se: si inæqualiter, toto gradu distāt, quo to distat remotior. † Ipsi. n inci piūt a persona ex q̄ descendūt illi d̄ quorū gradu agitur. Sed de iure ciuili incipimus ab uno ex istis, de quib. agitur, extendendo ad stipitē, & ab eo iterum descendendo ad aliū: & quoto gradu distat remotior, toto gradu distant inter se, vt hic per doct.

¶ In linea ergo transuersali secūdum cano. accipe hāc regulā: quoto gradu alteruter eorū, de quibus q̄ritur, distat à stipite, si ambo æqualiter distent vel quoto gradu remotior à stipite distat, si distant inæqualiter, toto gradu inter se distinguūtur. Regula aūt secundū ius ciuile est, vt computatis ijs, de quibus q̄rimus, & omnibus inter medijs, a q̄b. ipsi ꝓcedūt, dempto stipite

† Anto. Aug. li. ij. emenda. cap. v. ait hæc uerba parenthesi inclusa, non esse in vetustis codicibus:

S Y L. & rectè, nā aliàs verba sequentia essent superflua cùm propioris sobrini filij sint ijdem q sobrini aliàs sobrinæq;.

propior sobrina: hi a sunt patrui magni, amitæ magnæ, auūculi magni, mrteræ magnæ filius filia.

¶ Tritauus, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in sexto gradu. Ang.

¶ Sexto gradu supra tritauus, tritauia: ĩ. trinepos, trineptis: ex trāsuerso fratris sororisq; abnepos, abneptis: & ꝯueniēter abpatruus, abamita, i. abaui frater & soror: abauunculus, abmatertera, i. abauiæ frater & soror: item propatrui, ꝓamitæ, proauunculi, promaterteræ filius filia: (itē † propioris sobrini sobrinæve filius, filia) itē sobrini, † sobrinę. i. qui q̄ve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

¶ Vnica persona adiecta alteri personæ per carnis ꝓpagationem facit gradum, tam in cognatis, quàm in agnatis. Aret.

¶ Hactenus ostendisse sufficiat, quēadmodum gradus cognationis numerentur. Nāque ex his palàm est intelligere, quemadmodum vlteriores quoq; gradus numerare debeamus: quippe semper generata b persona gra-

dū adijcit:[a] vt longè[b] facilius sit respondere quoto[c] gradu qsq; sit, q̄ ꝓpria cognatiōis appellatione quē-quā de notare.

¶ In gradib⁹ agnatiōis & cognationis similis est cō-putatio. Et q̄a facilius ostēdit res, ad ocu:ū corporalē quàm intellectualem, ideo necessarium est hic arborem consanguinitatis inscribi. Angelus. Aret.

¶ Agnatiōis quoque gradus eodē modo[d] numerantur. Sed cùm magis veritas oculata fide, quàm per aures[e] animis hominum infigatur, iō necessariū duximus post† narrationē graduū eos etiam præsenti libro īscribi: quatenus possint & auribus, & oculorū

stipite, quot sunt personę, tot sunt gradus: & ita teneas, quia regulæ verissimæ sunt: & quæ præstant facilē intellectum graduum, & eorum computationis.]

ADDITIO.

Idē in statutis & pactis, vbi de pacto non agitur, secundum Angel. hic. Et not. hāc glo. quæ allegatur quotidie, quòd in concernentibus peccatum, præualet ius canonicum etiam in terris imperij, & econtra in non concernentibus peccatum præualet ius ciuile ēt ī terris ecclesiæ, vt p Ang.

a ¶ Adijcit. Hic potest colligi diffinitio gradus, vt dicatur: Gradus est numeratio singularum personarum cognatione vel affinitate sibi coniunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera, optimè indicans. Dictus quasi lapideus gradus, vt ff. eodem. l. iurisconsultus. §. gradus. Accursius.

SYL. ¶ Glo. malè loquitur, quia numeratio est actus numerandi, non genus, & gradus non est actus numerandi. Item dum ponit verbū, gradus, in diffinitione, cùm illud sit diffinitum. Vñ dic gradum cognationis, quātitatem esse propinquitatis, qua personæ cognatæ inuicem distinguuntur.]

ADDITIO Gradus ſm doct. aliter diffinitur. Gradus est distantia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

b ¶ Longè facilius sit. Propter duas rationes: & quia vltra trinepotem vel tritauum vocabula non inueniuntur specialia, sed superiores & inferiores vocantur, vt ff. eod. l. fin. §. parentes. & q̄a sunt plura negocia quàm vocabula, vt ff. de præscri. verb. l. iiij. Sed vsque ad quem numerabimus? Respond. vsq; ad septimum cognatorum, & vsq; ad decimū agnatorū, vt ff eo. l. nō facile. & s̄. tit. j § fi. nisi rōne d̄mōstrādi vel lem⁹ vlteri⁹ numerare, nō vtilitatis: licet decretistæ hic aliter dicant. Negocia plura sunt quā vocabula. † al's enarrationem

ADDITIO. Not. q decretistæ contrariū dicunt solum in collaterali linea: non autem in directa, vt s̄. dixi. Si vis ergo scire de duob. agnatis quoto gradu distant de iure ciuili, incipe ab vno, & computa ab illo ascendendo ad personā mediā, ex qua omnes descendunt: & postea descende ab illa vsq; ad illam, quam uis computare, & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias à persona, ex qua descendunt personæ: de quarū gradu agit̄: verbi gratia, vis scire quoto gradu sunt filij duorum fratrum de iure canonico, incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu. Vnde quoto gradu quilibet distat a stipite, tali gradu sūt inter se: remotior autem addit gradum, vt in c. ad sedem. 35. q. v. Ang.

c ¶ Quoto gradu. Scilicet octauo vel decimo.

d ¶ Agnationis. Eodem modo. s. adiecta persona.

e ¶ Per aures. Vnde Horatius in arte poe-

te poetica: Segnius irritãt animos demissa per aures, Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

a ¶ Adipisci. Vnde quidam habẽt hic arborem.


ADDITIO.

Et in veritate esse debet, cũ tex. & gl. illam requirant.

inspectione adolescentes perfectissimã graduũ doctrinam adipisci. a

Figura hæc arborea licet ad decimum deberet graduni agnatorũ protendi, aut saltem vsq; ad septimũ cognatorum, cùm vsq; ad eum per leges deferantur successiones s̃. de suc. cog. § fi. & ff. de gra l. non facile. eam tamen vsq; ad quartũ dumtaxat gradum impressori persuasimus extendẽdam, vt & aptiorẽ posset sedem occupare, & lectoribus quibusq; faciliorẽ sui ipsius cognitionem exhibere. Nec id ipsam graduum notitiam quoquo pacto impediet: qui enim duorum, triumve computationem agnouerit, illam etiam in cẽtesimũ vsq; gradum & eo amplius (si opus sit) deducere poterit. Quippe semper generata persona gradum adijcit, vt longè facilius sit respondere, quoto gradu quisq; sit quàm propria cognationis appellatione quemquam denotare, dicit §. hactenus. supra eo plura enim sunt negocia quàm vocabula, vt ff de præscriptis verbis. l. quarta.

Sequitur arbor ciuilis.


IIII Abauus Abauia IIII
IIII Propatruus Proamita V
III Pronuus Proauua III
IIII V
IIII Horũ filius filia VI
III magna IIII
II Auus Auia II
III magna
IIII Horum filius filia VI
IIII Horum nepos neptis VII
III Propiorsobrinus Propiorsobrina
II Patruus Amita III
I Pater Mater I
II Auunculus Metera III
III Propiorsobrinus Propiorsobrina
IIII Horum nepos neptis VII
III Horum filius filia VI
I Frater II
I Soror II
II Consobrinus Consobrina IIII
III Filia VI
IIII Horum nepos neptis VII
III Horum filius filia VI
II Fratris filius filia III
I Filius Filia I
II Sororis filius Filia III
III Horum filius filia V
IIII Horum nepos neptis VII
IIII Horum nepos neptis VI
III Fratris nepos neptis IIII
II Nepos Neptis II
III Sororis nepos neptis IIII
IIII Horum nepos neptis V
IIII V
III Pronepos Proneptis III
IIII V
IIII Abnepos Abneptis IIII

Arboris ciuilis declaratio peculiaris.



GRADVS, lineæ, & consanguinitatis, diffinitionibus omissis, sciendum quod numeratio punctorum, quæ sunt in cellulis, est numeratio graduum habito respectu ad cellulam uacuam, à qua omnes sumunt nomen, exceptis ijs qui per genitiuum nominantur. Hanc Io. And. nomine sui bidelli Petrucij uult uocari. Puncta, quæ superiora sunt, computationẽ iuris canonici denotant: illa autem, quæ inferiorem locum retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt: quod canonico sub esse ipsa graduũ situatio declarat. Ex prædicta computatione, si diligenter inspicitur, apparet, quòd in ascendentium & descendentium numeratione ius utrunq; concordat: quia in eis persona addita personæ per catenis propagationem gradum adijcit.

¶ Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, notandæ sunt tres regulæ.

¶ Prima: Ascendentiũ & descendentiũ quot sunt personæ, de quibus quæritur, cõputatis intermedijs, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Verbigratia, abauus distat a Petrucio quatuor gradibus: & sic de alijs.

¶ Secunda (secundum ius ciuile, cuius tamen gratia hæc arbor fuit hic impressa) talis est. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a cõi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent: ut P. & pronepos propatrui distãt octo gradibus, cũ abauum stipitem facit. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres, duos efficiunt gradus.

¶ Tertia: Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dẽpto) tot sunt gradus. Vnde Petrucius distat à propatruo quinq; gradibus, ab eius filio sex, & sic de aliis.

¶ Non inutile forsitan iudicabitur, si quid de computationis diuersitate inter ius ciuile & canonicum subiunxerimus. In legib' ob nihil aliud ipsa gradum mentio facta est, nisi, ut hæreditas uel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus uerò ob hoc progenies computatur, ut apte monstretur usq; ad quotam generationem à consanguineorũ nuptijs sit abstinendũ. Hac ergo de causa, quia hæreditates nequeunt deferri, nisi de una ad alterã personã, idcirco curauit secularis Imperator in singulis personis singulos perficere gradus: quia uerò nuptiæ sine duab. nõ ualẽt fieri personis, ideò sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Hæc habẽtur plenè. c. 2. 35. q. 5 & fermè per totam illam qõnẽ. Et hoc idẽ notat hic Christophorus Porcus in uersiculo, Circa primum. ibi, secũda differentia. & Ioannes And. in declaratione huius arboris.

Multa dies, uariusq; labos, huiusce parauit
Artis notitiam, quæ modò clara patet.

Mei [illegible] [redacted]

CHRISTOPHORI Portij in arborem & ipsius intelligentiam quæstiones plurimum vtiles.



Ro declaratione iuris canonici, & ciuilis, & etiam intelligentia huius materiæ: & eorum, quæ pertinent ad illam, quædam uidenda sunt Primò, qualiter fiat dinumeratio graduū de iure ciuili, & de iure canonico secundum utriusque iuris rationum diuersitatem. Secundò, usq; ad quē gradum deferuntur hæreditates, & tutelæ. Tertiò, usque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur: Quartò, usque ad quem gradum possit Papa dispensare.

¶Circa primū dicite, ꝙ quò ad lineā ascendentē nulla est dr̄ia inter ius ciuile, & ius canonicum: utroq; .n. iure pater & mater sunt in primo gradu ascendentiū, & similiter filius & filia descendentiū, & sic supra & infra in infinitū: quia in dinumeratione graduū in linea ascendentiū & descendentiū utrunq; ius habuit respū ad stipitē. s ad primū parentē, ut hic, cū gl. 35 q. 5. ad sedem. In linea transuersali inter ius ciuile, & ius canonicū. duplex est dr̄ia. Prima quia iure ciuili frater & soror sunt in secundo gradu, iure canonico sunt in primo. Rō dr̄iæ sumit ex regula iuris ciuilis, q̄ dicit, ꝙ unaquæq; ꝑsona adiecta nouum gradum generat, ut hic in uers. hactenus. unde cùm ego sim in primo gradu patri meo, si nascatur mihi frater uel soror, ex generatione huius personæ causatur nouus gradus, & ꝓpt appellatur in scdo Sed iure canonico iō appellatur in primo, quia ius canonicum non considerauit dinumerationē graduū in linea transuersali, habito respū ad stipitē i. cōem parentem: sed considerauit, ꝙ duo fratres, duę sorores, tribuunt initium lineæ transuersalis iō in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda dr̄ia est, quia iure ciuili regula traditur, ꝙ in linea transuersali sola persona adiecta facit nouum gradum, vt hic: iure aūt canonico pro regula traditur, vt ad causandū nouū gradum duæ personæ requirant. d. c. ad sedē. Rō dr̄iæ: quia ius canonicum dinumerat gradus rōne copulæ matrimonialis. Vnde cùm ad causandum copulam matrimonialem requirat con cursus duarum personarum, ita ad causandum gradum quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerauit gradus quo ad hæreditates & tutelas: vnde cùm tutela, & hæreditas deferatur de vna persona in aliā, nimirum sic vnaquæque persona gñat nouum gradum. Ista fuit rō posita in d. c. ad sedē. Quo igitur ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem dinumerabuntur gradus secūdum ius canonicum: quo autē ad tutelas, & hæreditates deferendas connumerabūtur secundum ius ciuile.

¶Circa secundum dicite, ꝙ vsq; ad 10. gradum deferuntur hęreditates, & rute. uidistis s̄. tit. j. §. fina. cum sua glo. & s̄. de capi. dimi. §. fi. & de legit. agna. tu. in tex. & in gl.

¶Circa tertiū dicite, ꝙ olim erat prohibita copula matrimonialis vsq; ad septimum gradū agnationis, vel cognationis inclusiue: hodie aūt est prohibita vsq; ad quartum gradum inclusiuè, dinumeratione facta secundum ius canonicum. e. non debet. extra de consanguinitate. & affi.

¶Sed hic dubitat. Pone, ꝙ vnus sit in quinto gradu trāsuersalū, alius sit in quarto, an impediat copula matrimonialis? Si inspiciamus personā exñtē in quarto gradu, illa impeditur: si inspiciamus personā exñtem in quinto gradu, ꝑmittitē. Dicite, ꝙ copula est ꝑmittenda, qa quoto gradu remotior distat à stipite, eo gradu distat à quolibet descēdēte. c. fi. extra de cōsan. & affi. Illud tñ est palam, ꝙ inter ascendentes & descēdētes est ꝓhibita copula matrimonialis in infinitum. Vñ si Adam viueret, vxorem habere non posset. §. ergo. & ibi glo. s̄. de nup.

Sed

¶ Sed quid de gradu affinitatis? Dicite, ꝙ licet olim ratione affinitatis eẽt prohibita vsq; ad tertiũ gradũ, vt aliqui dixere: veritas tamẽ hodie est, ꝙ solum prohibetur quo ad gradum primum, vt no. glo. in c. non debet. extra de consang & affini.

Affinitas an contrahatut ex coitu illicito.

¶ Sed nunquid per coniunctio nẽ illicitã causatur affinitas? In hoc articulo nõ parcam in totum verecundiæ. Archi 35. q 3. c. extraordinaria. dixit per hanc dissolui matrimonium, & in hoc benefsed nõ causari affinitatẽ, propterea, quia affinitas est regularitas personarũ ex nuptijs descẽdentiũ. l. non facilè §. affines. ff. de gradi. ubi ergo non sunt nuptiæ. ibi non causat affinitas. Sed glo. tenuit contrariũ in §. affinitatis. s. de nup. q̃ cõmuniter comprobatur per c. tuæ. & p c. lordane & c. per discretionem, extra de eo. qui cogn. consang. uxo. suæ. Stat igiẽ conclusio, ꝙ per illicitam cõiunctionem contrahitur affinitas. Sed q̃d si quis non intrauit claustra uuluæ, in circuitu tñ palpitauit, uel seras reserauit, sed opus nõ expleuit, an cõtrahatur affinitas? gl. in d c. extraordinaria. dicit ꝙ non. Item dicit illud, q̃d non dico. Dicit Inno. ꝙ ad causandũ affinitatẽ, requiritur concursus vtriusq; sanguinis: sed tñ causa euitandi peccata, ius canonicum & sancta mater ecclesia in dubio præsumunt ex copula concursum utriusque sanguinis & maris & fœminæ interuenisse. c. iuuenis. extra de sponsalibus.

¶ Addite prædictis, ꝙ si aliquis ꝓmiserit alicui illã accipere in uxorẽ, post modum habeat copulam cũ ea sine alijs uerbis, intelligitur ualidum mřimoniũ extitisse contractum: nec cũ alia contrahere posset, sed matrimonium postea contractum esset dissoluendũ. c. is qui fidem. extra de spon.

¶ Circa quartum dicite breuiter, ꝙ in gradu ascendentiũ & descendentium nõ posset Papa dispẽsare, ut copula matrimonialis cõtrahat. Nõ posset enim Papa dispensare, ꝙ filia patri copularetur. Idem in linea trãsuersali in gradu. 1. unde nõ posset Papa dispensare, ꝙ frater sorori nubat. Itẽ nec in gradu 2. linea existente inæqualiter. Vnde non posset dispensare, ꝙ neptis patruo nuberet uel auunculo In linea uerò æquali bene possset dispensare, ut cõ sanguinea cõsanguineo copularet. ita cõiter conclusit in c. literas. extra de resti. spo. facit c. gaudeamus. extra de diuor.

Mrimonium semel contractũ an possit per Papã dissolui.

¶ Sed an Papa posset dispensare, ut matrimoniũ semel cõtractum, dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimoniũ fuit per copulam carnalẽ cõsummatum, aut non. priore casu non p̃t, posteriore autem sic: quia primo casu effecti fuere duo in carne una, secundo uerò nõ. Item, quia matrimoniũ consumatum sortitur naturã ex cõstitutione diuina, ꝓ quã Papa non potest dispensare. c. proposuit. extra de conces. præben. Sed matrimoniũ non cõsummatum sortitur naturã ex cõstitutione ecclesiæ, ꝓ quã Papa bene potest dispensare. ista est gl. ordi. in c. ex publico. extra de conuer. coniuga.

¶ Sed nunquid maritus & uxor possint se separare? Dicite, aut copula nõ est subsecuta: & tunc qlibet eorũ alte ro inuito põt separare matrimonium per ingressum religionis: secus si copula fuit subsecuta, nisi uterq; concordauerit. ꝙ uterq; pariter intret religionẽ, uel aliter, q. remanet ĩ seculo sit ta lis ꝯditionis & qualitatis, ꝙ nulla suspicio fornicationis sinistra sit ꝓ eum: ut quia sit ætate cõfectus. c. quidam. c. uerum. c. uxoratus. c. cũ sis præditus. extra de conuer. coniuga.

Cognationis spiritualis studiosissimis quibuscunq;, prætertim ecclesiasticis, apta & vtilis materia.



CHRISTOPHORVS Porcus iuris utriusq; possessor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spũalis materiã hic luculenter tractauit, eius mẽtẽ uerbis fermè nõ mutatis referre non erit absonum, neq; a proposito alienum: quæ uerba talia sunt;

Institu. Gg Quæ-

¶ Queritur primo, an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediat. Circa quē articulū dicite breuiter, ꝙ inter compatrem & commatrem impeditur matrimoniū, ac etiā inter patrem spiritualē & filiā susceptam ex sacro fonte: & hoc, si ista cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctum baptisma, siue p sanctū chrisma 30.q.4.c.Si quis unus.

¶ Addite prædictis, ꝙ si maritus uel uxor tenuerit aliquē uel aliquam ad baptismū uel chrisma, quilibet eorū efficitur cōpater uel commater. d. c. siquis unus. Et hoc uerū, qñ tēpore cognationis spūalis cōtractæ constabat inter eos matrimoniū: secus si ex post facto fuerit cōtractū. c. Martinus. extra de cog. spiri. cum sua glo. Econtra autē, si tenueris ad sacrū chrisma uel sanctum baptisma filiū uel filiam meam ex alia muliere q̄ uxore, non efficitur tibi cōmater mea uxor. c. q spiritualem. 30. q. 4. Ratio q̄ in cōtrahenda cognatione spirituali maritus & uxor copulāt sibi actiones & non passiones. Quod igit agit unus coniugū, intelligitur alius agere: quia sunt duo in carne una. d. c. siqs unus in fi.

Cognatio spiritualis an cōtrahat̄ ex cōcubinatu.

¶ Quæritur secundo, si fornicator teneat aliquem ad sacrū baptisma, an cōcubina efficiatur commater. Vr̄ ꝙ sic. nā sicut uxor in hoc casu efficitur cōmater, quia est eadem caro cū marito. d. c. siquis unus. ita dicendū vr̄ & de concubina: quia qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur cū ea, 32 q. 4. c. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium: quorum sentētia magis placet: quia absurdè dictum uideretur, ꝙ spiritualitas sup re improbata causaretur, ex utraq; scriptura & hominū opinione. Non obstat, ꝙ concubina & fornicator dicantur duo in carne una, quia illa uerba exponuntur. i. duo conueniunt in eodē opere carnali: & ita exponit glo. in d. c. in eo.

¶ Sed an uxore mea mortua potero mihi copulare eam, q̄ fuit sibi cōmater ante matrimoniū? Dicite ꝙ sic. c. post uxoris obitum. 30. q. 4.

¶ Sed quid de filijs duorū cōpatrum an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite ꝙ sic, siue nati fuerunt ante compaternitatē, siue post: dummodo matrimoniū non contrahatur cū eo, uel cū ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem, c. 1. & c. super eo. de cognatio. spiri. Christophorus Porcus iuris utriusq; doctor acutissimus.

¶ Quæritur tertio ad propositū materiæ præsentis de q̄stione quotidiana & apud vulgares satis dubia. Pone, ꝙ duo uel plures tenent aliquē in baptismo, nunquid isti inter se efficiāntur cōpatres? Innocentius (& bene) dicit ꝙ non: unde possunt adinuicē ꝯhere matrimoniū. Nā quemadmodum cōpatres carnales, ut concubinarius & concubina, non prohibentur mr̄imoniū cōtrahere, ut in c. tāta. q. filij sint legitimi. ita & isti, qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium. Et ꝓ hoc facit tex. & ibi glo. in c. fin. 30. q. 4. ubi dicit, ꝙ maritus & uxor non debent aliquē simul de sacro fonte leuare, ne infamentur de facto: nam vulgares existimant illos esse compatres. Hæc sunt uerba Abbatis Siculi in c. Martinus. de cogna. spirit. de hoc in summula pauperū. Masculus & mulier puerū de fonte leuātes, Legitime iungi poterunt, nec sunt prohibendi.

¶ Quærit̄ quarto. Pone, ꝙ tenui aliq̄ puellam in baptismo: uolo ꝯhere cū eius sorore, an possim? Dicēdū ꝙ sic: pater. n. spiritualis si copuletur sorori filię spiritualis, bene tenet mr̄imonium. 30. q. 3. c. ulti. Vnde uersus, Duco meæ natæ germanam spiritualis.

¶ Quæritur quinto Pone, quòd filius meus tenuit in sacris fontibus filiā: uolo cū illa filia, postq̄ ad annos nubiles peruenit, ꝯhere, an liceat? Dic ꝙ sic. Potest enim pr̄ sumere filiā spiritualē filij sui carnalis, quia licet cognatio spiritualis de patre ad filios descendat, ut c. 1. & sup eo. de cog. spiri. non tñ ascendit de filijs ad patrem, cùm iure cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium est, adeò ꝙ cuilibet licet ꝯhere, nisi expressè prohibeatur. cū c. apud: de

de sponsa & matri. Hoc notat Ioãnes Teutonicus glossator Decreti in c. fi. 30.q.3. Hoc idem recitat & ꝓbat Io. And.in c j.de cogn spiritu.li.6. Vnde versus;Esse mei nati coniũx mihi spiritualis Filia legitimè poterit, nec iure uetatur. Descendunt & non ascendunt talia uincula.

¶ Quæritur sextò, an per procuratorem talis cognatio spiritualis possit contrahi. Pro solutione recurras ad Bar.in l.Gallus.§.forsitan.ff. de lib.& posthu. ad Angelum Aretinum in §. illud supra de nup.ad Io.And.in regula,potest quis per alium.de regu. iur. in 6.& ad Pan.in c.ueniens.de cogna. Decisionem tñ communem & magis approbatam potes notare per uersus sequẽtes:in quibus patet, ꝙ licet matrimonium per procuratorem possit contrahi.c.fin.de procu.lib.6.non tamen cognatio spiritualis unde uersus: Procurator habet nodos uincere ingales,non tamen hos nexus domino dat spiritnales. Adde ꝙ licet non debeat a principio quis admitti per procuratorem ad contrahẽdum hãc compaternitatem, si tamen admittatur,contrahitur ipsa compaternitas, ut tenet Abb. Panor in d. c. ueniẽs.

Cognatio spiritualis ꝑ procuratorẽ non contrah.r.

¶ Quæritur septimo ex quot sacramẽtis descendit cognatio spiritualis. Respon.quòd cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum,& dirimit post contractum,oritũ ex donatione duorũ sacramentorum duntaxat,q̃ sunt baptismus,& confirmatio:non aũt ex aliorũ datione seu ministratione:patet in c.fin.de cogn. spiri. lib. 6. ratio est , q̃a in baptismo renascimur: & chrismatio frontis ipsum confirmat: quod non est in alijs sacramentis.Io.And.in d.c. fin.

Cognatio spiritualis oritur ex duob. sacramẽtis.

¶ Quæritur octauo & ultimo inter quot personas oritũ impedimetũ mrimonij rõne cognationis spiritualis.

Cognatio spiritualis

Rñ.ꝙ ex hac cognatione 20. sunt casus prohibiti: decem ratione baptismi, & decem ratione confirmationis. Ratione.n.baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens & dirimens,ut dictum est.

oritur inter 20.personas.

¶ Primo inter has personas Baptizatum & baptizantem : Baptizatum & uxorem baptizantis prius cognitam: Baptizatum & filios baptizantis: Parentes baptizati & baptizantem:Parẽtes baptizati & uxorem baptizantis prius cognitam.

¶ Secundo inter has personas, uidelicet inter baptizatũ & suscipiẽtẽ:Baptizatũ & uxorem suscipientis prius cognitã,Baptizatũ & filios suscipientis:Parentes baptizati & suscipientẽ: Parentes baptizati & uxorẽ suscipientis prius cognitã.Ecce decẽ casus pro hibiti ratione baptismi. Totidẽ in cõfirmatione reperies.in qua sunt cõfirmatus, & cõfirmans,& tenẽs ante cõfirmationem,qui scilicet ponit fascio lã supra frontem post confirmationẽ episcopalẽ, de hoc uide textum cum gl in c.j de cognatio.spi.li. 6. Illa clarissimè referani per carmina sequentia; Gignitur his factis cognatio spiritualis:Quæ sunt baptismus , ac cõfirmatio frontis.Personasq; decem cõnectit quodlibet horum.Baptizans: huius uxor si cognita primo, Ac eius nati sunt abluto sociati. Cũ consorte thori baptizans,atq; parentes.Fonte sacto loti sunt tali fune ligati. Baptizans & suscipiens hic æquiparant. In confirmato totidem reperire licebit.

versus.

¶ Hæc nota diligenter,quia singularia sunt & plurimũ vtilia: nec est plures casus reperire, qui matrimonium dirimant.

Statuit Sacrosancta Tridentina Synodus Sess. 24. cap.2. ut unus tantum siue uir,siue mulier,uel ad summum unus & una baptizatum de baptismo suscipiant.inter quos,ac baptismum ipsum,& illius patrem & matrem ; necnon inter baptizantem & baptizatum,baptizatiq; patrem ac matrem tãtum spiritualis cognatio contrahatur.Idem quoque de cognatione spirituali, quæ per confirmationem contrahitur,decernens.

¶ De seruili cognatione.


Continuatio. ¶ quia supra de cognatione & succesſione cognatorũ liberæ pdõnis dictũ est, nũc q̃a nali iure inspecto inter seruos ẽt cadit cognatio, & dubitari posſet an inter seruos esset successio, ideo de seruili cognatione meritò subdit. Nec obst. ꝙ interillum titulũ de successione cognatorũ & istũ sit titulus intermedius de gradibus, q̃a ex quo ptinet ad mãm horũ tit. cõtinuatio non uitiaẽ. l. duos reos. §. fin. de duobus reis. Porcus.

¶ De seruili cognatione.

¶ Filij manumiſsorum, etiam in seruitute cõcepti, excluso patrono patri succedunt, & inuicem sibi ipsis hoc dicit.



Illud[a] certũ est, ad seruiles cognationes illam partem edicti,[b] qua proximitatis nomine[c] bonorum posſesſio † permittiẽ, non pertinere.[d] Nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabaẽ.[e] Sed nostra constõne, quam pro iure patronatus fecimus, (qđ ius usq; ad nostra

Diuisio. 

Llud certum. ¶ Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò ponit nũquid serui hẽant ius cognationis cõtractę in seruitute. Secundò infert ex rationibus præpositis, uidelicet ꝙ non semper sequitur, ꝙ qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertiò illa melius declarat. Secunda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amotis.

SYL. ¶ Illud certum. Casus non figuratur hic, cùm ponatur correctio iuris antiqui, quo diſpositum fuerat seruos successores hẽre nõ posse, nec cognationem habere, non tñ dum serui erant, sed etiam postea eis manumisſis, quia iure patronatus oĩa patrono quærebantur. Sed contrarium diſpositum postea est: q̃a ipsa cognatio tãquàm quid naturale in ipsis seruis esſe potest: sed fit impedimentum propter seruitutẽ effectu ipsius & ab ipsa prouenieñte. unde illa cessante, cessat etiam impedimẽtum: & ideo potest dari cognatio & successio. Not. summarium & alia, ut per Ang hic.]

a ¶ Illud. alias est hic rubri. de seruili cognatione, alias non. Accur.

b ¶ Edicti. Sunt enim 4. partes successionis ab intest. ut ff. quis or. in bon. posſes. ser. l. r.

¶ Poximitatis noĩe .i. cognationis, ut sequitur, & ff. unde cog. l. 1. §. pertinet.

d ¶ Nõ pertinere. Sed nec aliã aliquã, ut uel ipse succedat, uel ei succedatur, ut C. cõ. de suc. seruus. nisi ĩ trib. casibus, ut C. ad sylla. l. pen. & C. de suis & legi. l. apud hostes & C. ac Or. l. fin.

† aliàs permittitur

¶ Dic ẜm Angel. ꝙ in d. l. pe. & in l. fina. erat liber legis auctoritate, ne mora alterius libertati noceat. in l. apud hostes. illud procedit fictione postliminij, ut ibi no.]

SYL.

e ¶ Computabatur. Hæc uẽ mala rõ, cùm magis iure prætorio, quod naturalem causam intuebaẽ, deberet cõputari. ut s̃. de hęre. quæ ab intesta. §. emancipati. q̃ ciuili. Sed dic ꝙ ẽt ad alia, ut ad tutelas, & similia: nisi quo ad nuptias, ut s̃. de nup. § illud. & ff. de ri. nup. l. adoptiuus. §. seruiles.

ADDITIO. Not. ꝙ i seruis quo ad matrimonium impediendum ẽt post manumisſionem dĩ esse cognatio, ut d. § illud. quia etiam dĩ esse affinitas, ut d. § seruiles. Ang.

¶ Sed nũquid dñs ex sui persona succedit cognatis serui? Respon. non, ut hic dicitur. Accur. †

† Simile glo. est d. l seru'. C com. de suc.

ADDITIO. Not. ergo non aeq̃ri dño ab intestato sicut ex testõ: & est ratio, quia ius solum defert hęreditatẽ ab intestato, ẜm quod seruus nihil est. l. quod attinet. ff. de reg. iu. sed ex testamento defert uoluntas testantis, quam ius sequitur. Aliud tamen est in monacho, & monasterio, ut l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle.

Nostra

tēpora [a] satis obscurum, atq; nube plenum, & vndiq; ꝯfusum fuerat) & hoc humanitate suggerente ꝯcessimus: vt si q̄s in seruili ꝯstitut' ꝯsortio liberū vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis ꝯdōnis muliere: vel ꝯ̄, serua mulier ex libero, vel seruo hūerit liberos cuiuscū que sexus: & ad libertatem his [b] per uenientibus, ij, qui ex seruili vētre nati sunt, libertatem meruerint: vel dū mulieres liberæ erant, ipsi [c] in seruitute [d] eos habuerint, & postea ad libertatem ꝑuenerint: [e] vt hi oēs ad successionem patris, vel matris veniāt, [f] patronatus iure ī hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionē, sed ēt alterum in alterius [g] successionem mutuam vocauimus, ex illa [h] lege spāliter eos vocantes: siue soli inueniātur qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt, siue vnā cum alijs, q post libertatem parentum cōcepti sunt: siue ex eodem patre, siue ex eadem matre, siue ex alijs nuptijs, ad similitudinem eorū, qui ex iustis nuptijs procreati sunt.

¶ In successionib. ab intestato primo vocanī sui hę redes, & ij qui inter suos nominantur: qui etiam remotiori gradu cō stituti pręcedunt omnes ascendentes, vel collaterales, etiam proximiores. Aret.

a ¶ Nostra tempora. Loquitur Iustinianus.
b ¶ His. s. parentibus.
c ¶ Ipsi. s. parentes.
d ¶ In seruitute. i. donec serui erant.
e ¶ Peruenerint. Scilicet parentes.
f ¶ Veniant. aliud si liber factus seruus iterum manu mittatur, vt ff. unde cog. l. is qui. contra.

¶ Secus si restitutus. §. seruus. s̄. de ca. dimi. & declarat gl. in d. l. is q] ¶ Et s̄. de cap. dimi. §. quod aūt. q̄a est ibi q̄d sibi impu tet. vide q̄ ibi annotauim'. Sed nunquid ēt iste, qui est in l. is qui. hodie succederet ei nāli cā īspecta, ut C. de suis & legitimis hæredi. authē. in successione ? Rñ. non, secundū Io. quia prætor naturalē causam intuebatur, & tamen non vocabat eum, vt ēst bona, dictū est. Itē quia non contra. C. de suis & legitimis. l. ex libera. Solu. † hic nouū ius. Vel ibi loquitē quā do nec de facto erat matrimonium.

¶ Locatio. Cald. in declaratione terminorũ & simplici equiparatione nõ figurabit aliter nisi literaliter. No. æquiparationẽ cõtractus emptionis & locationis. & ꝙ valet argm de vno ad alium. Item ꝙ quando merces est in certa, agitur præscriptis verbis.

a ¶ Locatio, Sic. ff. eod. l. 2.

b ¶ Proxima. quo ad tract. & quo ad sententiam.

* ¶ Hincq; videmus legẽ loquẽtẽ in venditione trahi ad locationẽ §. ꝓxĩ. I fi. ſ. ti. ꝓxi. vbi ꝙ hoc ꝓtrahit Ang in vlt. no. ad statutũ ẽe exorbitans & correctoriũ, ꝑ gl. in l. qd vero. ff. de legi. & i l. si qs secuo. & ibi Bar. & alios. C. de fur. i l. plurimis tñ casib. differt, vt ecce ꝑ vẽditionẽ trãsfert dñiũ, aut certe vlucapiẽdi cõdõ. l. ex empto. de actio. empt. ꝑ locationẽ ne possessio quidẽ mutat. l. non solũ. §. qđ vulgo. de vsuc. vendito non tenetur rẽ amplius q̃ semel tradere. l. qui pendẽtẽ. in fi. de act. empt. cõductor toties agere poterit ex cõducto, quoties sibi re locata frui nõ licebit. l. si qs domum. l. ex conducto. ff. loca. Edictum quoque ędilitium emptori non cõducto ri prospexit. l. sciẽdũ. de edi. edi. Præterea multa sunt q̃ locari permissa sunt, nõ ẽe vendi, vt bona ecclesiastica: & ex diuerso quędã sunt q̃ vendi possunt, quæ tñ locari prohibentur, vt ius seruitutis. l. locare. ff. loc.]



LOcatio a & cõductio ꝓxima b est emptioni & venditioni, eisdemq; iuris regulis consistit. Nã vt emptio & venditio ita cõtrahit̃, si de pretio c cõuenerit: sic & locatio & cõductio ita cõtrahi intelligit̃, si merces d constituta sit: & cõpetit locatori qdẽ e locati actio, condu-

c ¶ Si de ꝓtio ut ĩ tit. 1. §. pretiũ aũt.

d ¶ Si merces. s. certa, & i pecunia numerata, vt ff. depoſi l. 1. §. si qs seruũ. & ff. de ꝓscri. uer. nãlis. §. at cũ do. vñ partiarius colonus, q partẽ dño reddit fructuũ, impropriẽ dr̃ conductor, immo socius magis, vt ff. eo. l. si merces. §. vis maior Accur.

Colonus partiarius nõ est conductor.

e ¶ Et agit actione ꝑsonali ꝯ eũ, vt vult ibi Bar. vide tñ tex. in l. 1. §. si qs seruũ. ff. depo. & Bal. in l. certi. in 3. q. C. eo. qui tenet, ꝙ ag at ꝑscriptis verbis.]

SYL. * * Quid si conueniat, vt certa quantas tritici, vel vini, aut alia res pięstet dño in singu'os annos quotcunque fructus percipiat colonus? & receptũ est esse ꝯtũ innominatũ do vt des, q tñ absimilis non est locationi, & ro quæ de locatione tradita sunt, eadẽ hic seruari oportere. glo. l. excepto. & l. olei. C. loca. & in c. pp. extra eo tit. & tradit Pet. de Vbal. in tract. de societ. in 11. par. quæstio. 9.]

e ¶ Locatori quidẽ locati. Sicut venditori

ctori verò conducti. Et q̃ supra diximus, a si alieno arbitrio b pretium † ꝓmissũ fuerit, eadẽ & de locatione & cõductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces † promissa fuerit. Qua de cã c si fulloni d polienda, curandave, aut sarcinatori e sarcienda vestimenta q̃s dederit, nulla statim mercede cõstituta, sed postea f tm̃ daturus, quantũ inter eos cõuenerit, nõ propriè locatio & cõductio ꝯhi intelligit, sed eo nomine g actio præscriptis verbis h dat.

¶ Si merces consistit in specie, nõ locatio, sed innominatus ꝯctus nascitur: ex quo actio ꝓscriptis verbis datur. Areti.

¶ Præterea sicut vulgo i quærebatur, an permutatis rebus emptio & venditio cõtraheretur: ita quæri solebat de locatione & cõductione, si forte rem aliq̃ vtendã, siue fruendã tibi aliquis dederit, & inuicem à te utendam, siue fruendã aliam rẽ acceperit. Et placuit non esse locationem, & conductionem, sed propriũ genus ꝯctus: veluti si cũ vnum quis bouem haberet, & vicinus eius vnũ, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent, k vt opus facerent,

ditori ex vendito, & emptori ex empto actio cõpetit, vt s̃. ti. j. §. ꝑiũ in fi.
a ¶ Supra diximus. Vt s̃. tit. 1. §. ꝑriũ.
b ¶ Arbitrio. ff. eod. si merces. 1. rñ.
c ¶ Qua de causa. Quia dixit certũ debere pretium interuenire.
d ¶ Si fulloni. est autem fullo qui lauat, siue tingit, siue polit. Accur. Floren.
e ¶ Sarcinatori. Sarcinator est qui fracta vestimenta resarcit, vt dicemus. j. mand. in fi. Et proprius dixisset sartor ſm aliquos ad sarcio, cis. Tñ etiã bene stat sarcinator: & dicitur a sarcina: & est propriè ille, qui plurimum vestitum sumit: & aliquando ponitur ꝓ sutore, vt hic.
f ¶ Postea. Nota, Postea: nã prius re non secuta, ideſt nõdum tradita ad reaptantum, actio nõ daretur, vt C. de rerum permuta. ex placito.
g ¶ Nomine. Quasi ex nouo contractu innominato, vt ff. de præscri. verbis. l. prima.
h ¶ Præscriptis verbis. j. mand. §. fin. contra. Sed distingue: aut certa merces interuenit & tũc agitur locati, vt s̃. eodẽ. in princi. aut incerta: & tunc præscriptis verbis agitur, vt hic: aut nulla: & tunc est mandatum, vt ff. de præscript. verb. si tibi polienda. & in contrario.

ADDITIO Intellige si res erat solita locari: alias secus, ut l. nãlis. §. si cũ do. ff. de ꝑscr. verbis Ang.

¶ Præterea sicut &c. Casus ponit in text. dũ Iustin. exẽplificat ĩ quotidiano rusticorũ exẽplo: ĩ quo prĩa frõte videbat dicendum non esse agẽdum ꝑscriptis verbis, sed potius esse societatem. d. boũ, vel cõmodatũ, qa & cõmodatũ gra vtriusq; quando que celebratur, vt est no. s̃. I §. 2. quib. mod. re con. obl. sed contrariũ deciditur, quia societas non est; qa dominiũ, aut vsus nõ sunt communicata: nec commodatũ, quia debet esse gratuitum, vt dr ĩ textu: nec ẽt est permutatio eadẽ rõne, quia retentum est dominium. Not. summariũ. Ite not. quotidianum exemplum bonum rusticorum. Item commodatum gratuitum debere esse.]
i ¶ Præterea. Vulgo quærebatur. vt s̃. ti. 1. §. item pretium.
k ¶ Commodarent. Impropriè ponitur, vt sequitur.

† aliàs per missum.

† aliàs per missa.

*

† Sarcire n. est integrũ facere: Sex Pomp. Additio.

Merces qñque est certa, qñq; incerta, qñq; nulla.

Bos

cerét,& apud alterum alterius bos a † perierit,neq; locati, neq; ꝓducti, neq; cōmodati ꝯpetit actio, qa nō fuit b cómodatum gratuitum.uerum præscriptis c verbis agendum est.

Contractus emphiteuticus, q pficitū cū alicui res cōcedit mercede in pecunia vel re specie cōstituta, a locatiōne & ab emptione ī aliquibus differt, & multipliciter ꝯuenit cū eis: qui iure ciuili fuit introductus. Et interitus totius rei pertinet ad dominum,et particularis ad emphyteutam.h. d. Ang.

¶ † Adeo d autem

† Aliàs perijt.

a¶ Bos perierit.Sua culpa:aliàs nō tenet, cum vtriusq. gratia contractum sit.vt hic & ff.de prçsc.verb.si gratuitam.§. si margaritas. & ff commo. si vt certo.§.nunc videndum.1.

b¶ Quia non fuit.Bona ratio,vt s̄. quib. mo.re ꝯtrahi. obli.§.2. vers. commodata.

Præscriptis verbis agitur tripliciter.

c¶ Prçscriptis verbis. Quæ cōpetit ex cōtractib⁹ trib⁹ innominatis: do vt des: facio vt facias, do vt facias, vt ff. de p̄scri: verbis.l. naturalis.§.2. & 3. * * De natura huius actionis plenius tractat idem Accur.ī. de actio.§ actionum autem. in ver. de æstimato. & in ver.ex permutatione.]

*¶. Præscribere lingua Latina est statuere,& certo mō añ ordinare hinc actio p̄scriptis verbis dicta, quæ dat ex ꝯtctibus innoīatis,in quibus certa forma verborū erat statuta,vt videlicet quemadmodū se res hēet, describeretur tum quę species ꝯctus eēt,referretur: quod non erat in formulis actionū aliorū cōtractuum, quas ex facti differentia plerunq: Prætor immutabat, vt disertè docet Alciat.noster lib.vlt.dispunct.c.vlt.]

SYL. ¶ In facio.n. vt des,datur actio de dolo,& Bar. in d.l.nālis § ꝙ si facrā. assignat rōnē: quæ omnia sunt ſm cōmunes doct sententia. Vide tñ quæ disputando contra dicunt Fort. in l. iurisgen.§.& iō. col. 5. ff. de pact. & Præpo.Sen.in 4.casu,q.6.col.2.]

¶ Aliàs datur ex pactis incōtinenti appositis, vt C. de re pmu.rebus. (i) alias datur,qñ dubiū est de nomine contractus, vt ff. de præscri.verb.l.1. §.fi.& l 2.3.& 4.

ADDI.(i) Hoc verū si super: accidētalibus apponatur,secus si super substantialibus. vt l.pacta ff. de contrah. empt.Angelus.

SYL. ¶ Adeo autem .Casus in prima parte huius.tex.nō necessario ponēdus est, qppe q. declarat terminos cōtractus emphyteutici cū n.antiquis dubitaret an certa mercede ꝯstituta si cōcedebatur ppetuo fundus,esset vēditio,qa vtile dominiū transferebat: an locatio,qa remanebat dominus:fuit hæc controuersia sopita per declaratio nem factam, qua vocatus est contractus emphytenticus,;quasi meliorationis.sed bene dubitari poterat eueniente damno vel interitu rei, ad quem spectaret:& primò videbatur ad ipsum emphyteuticarium pertinere interitum totius rei,statim ac perfectus erat cōtractus, non aliter ac in emptore, ut supra,ti.primò.§. cum autem. cuius contrarium dicitur ex eo, quia cùm dominus remaneat dñs,ei perit.Item quia in emptione ille,qui vendit, tenetur ad tradendū: & ideo liberatur interitu sine culpa sua secuto: is uerò,qui dat in emphyteusim,tenetur ad patientiam, & sic ad factum successiuū.l. ex conducto.ff.loca.& iō cū habeat tractum in futurum incertū, periculum semper est ipsius dñi. Secundo uidebatur, ꝙ damnum partis rei spectaret ad dominum sicut in locatione, in qua fiebat remissio ob similia damna. cuius contrarium dr ex eo,quia in emphyteusi merces est modica, quæ traditur in recognitionem dominij, ideo non est damno sicut in locatione.]

† Ad interpretationem huius §. vide Fortu.in l. legitima. col.5.ff.de pact.

d¶ Adeo autem. Quia ijsdē regulis & con-

aliquā[a] † familiaritatē inter se vidētur hr̄e emptio & venditio,[b] itē locatio & ꝯductio[c] vt i qbusdā causis q̄ri soleat, vtrum[d] emptio & vēditio ꝯhaẗ, an locatio[e] & cōductio, vt ecce de prædijs, quæ perpetuò[f] qbusdā fruenda tradūtur † .i. vt quādiu pensio[g] siue reditus[h] pro his dño p̄ręstetur, neq; ipsi conductori, neq; hęredi eius, cui ve conductor, hr̄s ve eius id prædiū vēdiderit, aut donauerit, aut dotis nomine ꝺderit, alio ve quocūq; mō alienauerit,[i] auferre[k] liceat. Sed talis ꝯctus, q̄a iter veteres dubitabaẗ, & a quibusdam locatio, a quibusdā vēditio existimabatur, lex Zenoniana[l] lata ē, quæ emphyteuseos[m] contractus † propriam[n] sta-

† i. similitudinem.

† Sic exponit gl. 10. q. 2. in §. perpetua, quæ ponit quot modis accipitur hæc dictio perpetuo.

Emphyteusis datur ad varia tempora.

SYL.

Emphyteusis unde dicit.

† Concor. cum hoc tex c. ubi. cum glo. t .in prin. extra e. ti.

& constitutionibus consistunt, multa ergo habent inter se communia.

a ¶ Aliquam. Aliàs non est in litera, aliquam.

b ¶ Et uenditio. s. ex una parte.

c ¶ Et conductio. Scilicet ex alia.

d ¶ Vtrū emptio Quod uidebatur, cùm talis datio alienatio sit, ut in auth. de nō alie. § alienationis. coll. 2. quod locatio non facit, ut ff. eod. l. non solet.

e ¶ An locatio. Quod uidebaẗ, cū mercedem soluere teneretur.

f ¶ Perpetuò. Aliter accipitur. ff. pro socio. l. 2.

* ¶ Simili mō exponit Paulus Iuriscon. in l. j. si ager uecti uel emphy. pet.

g ¶ Pensio in pecunia.

h ¶ Reditus in specie.

i ¶ Alienauerit. Cū multi sint modi alienandi, ut ff. de pub. l. 3. 4. 5 & 6.

* ¶ Intellige text. nostrū, cū alienatio fit cōsentiēte dño directo, alias ei auocare liceret. debuit. n. primò id ipsi dño denūciare. l. ult. C. ꝺ iu emphy.]

K ¶ Auferre liceat. Interdū autē dat ad certū tp̄s, interdū in tertiam personā uel generationē: cùm omnia pacta super hoc ꝑctu habita ualeant, ut j. ꝓxi. §. Sed ecclesia dat ī emphyteusim usq; tertiā generationē tm, ut in auth. de non alie. coll 2 emphyteusim, Vel (ut puto) ēt ī ꝑpetuū dabit ut q̄libet priuat⁹, ut hic, & ī auth. ꝺ alie. & emph §. licentiā. coll. 9. Acc. Flor.

¶ Angel. hic distinguit, ꝙ aut seruaẗ in alienationē solēnitas req̄sita: & ualet, & transires ad oēs: aut non, & nō ualet, c. 1. de reb. eccl. non alie. lib 6.]

l ¶ Lex Zenoniana. ut C. de iure emphy. l. prima.

m ¶ Emphyteuseos. Emphy. græce, latinè dr̄ melioratio: hoc ideo, q̄a olim tantū sterilia dabantur, ut meliorarenẗ: sed hodie nō tantum sterilia dāẗur, sed etiam fertilia, nisi in ecclesia, q̄ dat sola ea q̄ congrua uideniẗ œconomo & alijs gubernatoribus ecclesiæ. sic C ꝺ sacrosan. eccle. authē. perpetua quoq;. Accur.

* ¶ Emphyteusis descēdit a uerbo Græco ἐμφυτεύειν, qđ est plantare, seu inserere Vnde Alci. noster φυτίον dici posse ait emphyteuticam pensionem, seu mercedem meliorationis, quæ pro plantis penditur: hincque vulgus corruptè fictum dicere.

n ¶ Propriā. Agitur ergo condictione ex lege ad omnia obseruanda, q̄ conueniunt. Sed nunq̄d emphyteuta pōt alij dare ī emphyteusim? Rūdeo sic, ut in hoc § & in auth. de nō alie. aut permu. §. alienationis. colum. 2. Item nanquid illud utile dominiū, quod solū habet, trāsfertur in eum? Respō. sic, cùm rei uendicatio utilis sibi detur, ut ff. si ag. uect. l. 1 & 3. Sed qualiter aget primus emphyteuta contra s̄m, ut eum expellat? Rū. rei uendicatione, quæ licèt de iure sibi non competat, exceptio tamen opponi nō p̄t, quia replicaretur: & sic nō dominus dominū uincit, ut C. de trans. l. ubi, ubi de facto tantum agit & uincit, & ff. de excep. rei iud. si quis rem: sed

uerius

uerius, aget præscriptis uerbis. Vel dic, ex lege Zenonis ad mercedem. ¶ Cōmunis doct. resolutio est, φ si requisito domino primus emphyteuta fecit ſm, & eum induxit in possessionem iuxta formam. l. fi. §. necessitatē. C. eo. tūc dominus agit cōditione ex d. l. fi. si uerò ꝓpria auctoritate, & tunc dominus pōt eum expellere, & ager rei vēdicatione, non cōdōne ex l. quia illa est actio personalis. §. si itaq; .j. de actio.]

ciuile. Itē hic vtile transit dominiū, ibi directum, ut s. de re. diui. §. p traditionem.

c ¶ Naturalis. idest iurisgentiū, quod naturali ratione est inductū, ut s. de iu. na. §. quod uerò. hic. n. ē de iure ciuili, ut & alij, ut j. de act. §. de constituta pecunia.

d ¶ Ad dominum. Vt pensionē non habeat.

e ¶ Particularis. Idest mediocris vel minus, ſm M. & Io. argu. ff. de usufruct. ēt & de uer. sign. nomen filiarum. § portionis & ff. de dam. infe. inter quos. § dāni. & de cōtrahen. empt. domū. Nos dicimus, si aliquid etiam parū remansit, damnum emphyteutæ esse † ar. huius §. & C. e. l. 1. De hoc dant tales uersus: Res perit tota, tūc nihil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita liber erit. * Alij dicūt iudicis arbitrio relinquendum, ut dicit hic Christ.]

fuit nām, neq; ad locationē, a neq; ad vēdōnē b inclinantē, sed suis pactionib. fulciēdā: & si qdē aliqd pactū fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis c eēt ꝓctus: sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si qdem totius rei interitus c accesserit, ad dñm d sup hoc redūdare periculum: sin autē particularis, e ad emphyteuticariū huiusmodi damnum uenire: quo iure utimur. f

Emphyteusis a locatione in septē differt.

a ¶ Neq; ad locationē. Immo differt in 7. Nā hic etiam in specie præstatur pensio, sed ibi in pecunia tm, ut hic scripsimus. Item hic possidet nāliter sicut fructuarius, ut ff. de acq. pos. naturaliter. sed conductor nō. ut C cōmu. de usuc. l. 1. Itē hic hēt dñiū utile, sed cōductor nō, ut ff. eo. l. non solet. † Item hic contractus fit in mobilibus tm, ille ēt in immobilibus, ut in auth. de alie. & emphy. §. licentiam. coll. 9. Item hic agitur cōditione ex lege, ibi ex cōducto. Itē hic ꝯtractus iuris ciuilis est, ille nālis, ut hic dr. Itē est hic in scriptura, ille etiam sine ea, ut C. de iu. emphyte. l. 1. & supra de oblig. ex consensu. & s. eod. in princ.

† Nisi cōduxissent ad nō modicū tempus, ut ff. si ager vectigal. per totum. Fab. SYL.

¶ Hæc procedunt in cōductione ad modicū tps, sed in conductione ad longū tps adhuc sunt dfiæ: quia in locatione remittit pēsio ob sterilitatē, in emphyteusi nō. Itē in caducitate, qa emphyteuta nō cadit, nisi p trienniū steterit φ nō soluerit, conductor uerò secus. Iē quo ad meliorāmēta: quia colonus repetit, emphyteuta uero nō, ut tradit Iasō in l. 1. in glo. C e.]

Emphyteusis differt a vēditione tribus.

b ¶ Neq; ad uēditionē, qa hic pensio præstatur, ibi res liberè transit. Itē ab hoc res reuocat, sed ab emptore non per uenditorē, ut C. de rei uend. l. In

Ius gentium dicitur ius naturale.

Emphyteuticarius si pereat, cuius erit damnum.

Additio † Idem Alciat. d. §. portionis. SYL.

f ¶ Vtimur. Sūt & duo alia nālia siue tacita pacta i hoc cōtractu: unū de eijciēdo emphyteutā si non soluerit pēsionem per trienniū, ut C e. l. 2. §. 1. & in auth. de non alie. §. scire. coll. 2.

* ¶ Adde φ pōt expelli uel si p unū tm annum soluere cessauerit, ubi in instrumēto cōtractus emphyteutici adest iurm emphyteutæ, qui iurauit attendere & obseruare omnia & singula in ipso instrumento contenta, & in aliquo non contrafacere, ut tradit Tho Ferrarius caut. 20.]

Emphyteusis tacita cōtra con nec.

¶ Hæc uera, nisi celeri satisfactione morā purgauerit. c. potuit. de locat. q arbitrio iudicis remittit attenta qualitate personarum & temporis.]

SYL.

* ¶ Adde, φ si dñs lapso triennio ubi sumus in emphyteusi priuati: uel biennio, ubi agit de emphyteusi ecclesiastica, ꝓtestatur etiam absente em

phyteuta, q nō intēdit ipsā hr̄e amplius ꝓ emphyteuta, ſi pt emphyteuta purgare morā niſi celeri ſatisfactione: nō fcā uerò ꝓſtatione admittit ad purgandū morā ſm Barth. Cępo. caut. 135. quā omnino vide. inci. Tuſcis.] ** Expelli quoq; poterit ſi arbores frugiferas cędat, vel rē deteriorem faciat, vt no. Bald. in l. diuortio. §. ſi fundum. ſol. mat. cuius opin. atteſtatur eē cōem Pau. Pic. I §. Titia. cū nuberet. num. 120. de le. 2. & latiſſimè ꝯfirmat erudit' Pinel. I.C. Luſita. in l. 1. in 2. part. ſub nu. 60. C. de bo. mat.] ¶ Item & ſi uelit emphyteuta uēdere, q dño primo denunciare debet, ut C. e. l. fi. §. 1. Ac. *¶ Vide cautelam, ut poſſit alienare irrequiſito domino, quam tradit Cępol. caut. 22. conſilium.] ** Adde, q niſi ſit ꝓceſſum ad traditionē, emphyteuta per ſimplicē uenditionē non incurrit pœnā caducitatis. Spe. in ti. de loca. §. nūc aliqua. & latius Neguſ. in tract. de pig. in 2. par. tertij mē. nu. 79. Sed qd ſi emphyteuta rē uenditā recuperet? Et Bar. cenſuit non ideò liberari à pœna, in quā uendendo incurrit, in l. ſi a me. ff. ad l. falcid. de quo latiſſimè diſſerit ibi Ale. & multo latius Iaſ. in l. ulti. car. pen. uer. 20. quæro. C. de iu. emphy.] ADDITIO. Qd dictū eſt emphyteutam poſſe expelli non ſoluta penſione p trienniū, uerū eſt in emphiteuta priuati: qm̄ emphyteuta eccleſię ceſſans p biēniū ī ſolutione expelli pōt, auth. q rē. C. de ſacroſ. eccl. & not. C. de iur. emph. l. 2. & extra. de loc. c. potuit. & ī auth. de nō alie. § ſcire coll. 2. Sed ī ſimplici colono indiſtinctè biēniū expectatur, ut ff. loc. qro. §. inter locatorem.

¶ Cū dñium rei ꝯceſſę trāſit pecunia ꝓ mercede cōſtituta, emptio nō locatio dr̄. Areti.

¶ Itē q̄ritur, ſi cū aurifice Titius cōuenerit, ut is ex auro ſuo a certi pōderis, certęq; formę b annulos ei faceret, & acciperet (uerbi grā) 10. aureos, vtrū emptio, & uendō, an locatio, & ꝯductio ꝯhi uideat? Caſsi' ait, materię qdē emptionē & uendōnē cōtrahi, operę aūt locationē, & conductionē. Sed placuit tantū emptionem, & uēditionē ꝯhi. Quod ſi Titius ſuū aurum dederit, mercede ꝓ opa cōſtituta, dubium, non eſt, quin locatio, & conductio ſit.

¶ In hoc ꝯtu ueniunt quę de natura ipſius uenire debēt, licet nō fuerint expreſſa.

¶ Conductor aūt omnia ſm legē c conductionis facere debet: & ſi quid in lege ꝑtermiſſum fuerit, id

*¶ Item quæritur. Caius ponit in tex. ſed prior deciſio uidebatur magis iuridica: nā auri, cuius dominiū trāſferrebat, emptio erat. operæ aūt ad cōficiēdos annulos locatio, emptio. n. operatū non uidebatur conſiderabilis. Sed dic, quòd ratio decidendi fuit, q a finis rei ſpectatur. ille. n. nolebat emere aurū, ſed annulos: vñ q uis dñium auri tranſiret, nō oparū, uenditio erat in effectu annulorū, q a cōſtabāt ex mā, & opera: ideirco dicta ē poti' emptio q locatio, q a annuli nō aurū uidebant: & ſic declares, q a alias eſſet uera prima diſtinctio tex.] SYL.

*¶ Interpretatio huius §. accipiēda eſt ex l 2. ff. e. ubi omnino uideatur, quia inde ſumptus eſt.]

a ¶ Suo. ſ. artificis.

b ¶ Formæ. ſ. demonſtratæ. Sed qd ſi certa ñ eſt mā demōſtrata? R. ñ. no intereſt, ut ff. de ꝯh. em. cōuenit. & l. Sabin'. Vel facies pūctū ī dictione, ſuo.

¶ Cōductor aūt. Caius in tā notiſſima regula ñ ē figurād', niſi literaliter. & no. facile colliguntur ex ſum] SYL.

c ¶ Conuenctos. Legē id: ſt pacta, ut ff. de

ff. deposit. l. 1. §. si conueniat.
* ¶ Qđ pactũ sæpe in iure appellatur lex, uide latissim è apud Deciũ in l. legem. primo not. C. de pac. & qđ hic dĩ de ꝯductore, idẽ est & ĩ locatore. l. ex cõducto. ff. eod.]

a ¶ Ex æquo & bono. Vt usuras, post moram, ut C. de præles. Idem econtra: nam cõductor agit ut domus & ostia sibi reparentur, ut ff. eo. ex conducto.

* ¶ De expensis in re conducta factis vide Bald. in l. 1. col. 1. C. de iu. emphy.]

¶ Qui pro vsu. Casus facile figuratur, quia litera clara ẽ: cuius ratio ẽ, quia contractus utriusq; gratia contrahitur: Ideó casum figura literaliter. & not. tex.]

ex æquo[a] & bono præstare.

¶ Conductor de leui culpa tenet. Angelus.

¶ Qui ꝓ usu, aut uestimentorum, aut argenti, aut iumenti, mercedẽ aut dedit, aut promisit, ab eo custodia talis desideratur, qualem diligẽtissimus[b] paterfamilias suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & aliquo casu fortuito eã rem amiserit,[c] de restituenda ea non tenebitur.

¶ Contract⁹ locationis ad hæredes transit conductoris. Ang. Are.

¶ Mortuo conductore[d] intra tempora conductionis, hr̃s eius eodẽ iure in conductione succedit[e]

¶ De societate.

¶ Omnium bonorum, & unius negociationis tm̃ contrahi põt societas, in qua damni, & lucri sunt partes æquales, nisi inter socios aliter conuentum fuerit. Aret.

SOcietatẽ coire solem⁹, aut to

d ¶ Mortuo conductore ꝓprietatis: secus in usufru. ut C. de usufru. l. si domina. Vel dic, ut ibi, & de iure do. l. si socrus. in fin.

¶ Et hæc uera ubi ius vsufru. constituitur, secus si fructus usque ad certũ tempus uendantur, uel locentur, ut hic per doc.] SYL.

e ¶ Succedit. ut C. eodem. l. uiam. Sed an moriẽte scholari, uel recedente substituere potest? Respond. sic. de iure conductionis: sed ratio societatis prohibere quæ præualet, ubi certa persona eligitur, ut j. u. l. § sol uitur.

¶ Hoc uerum nisi subrogetur socius æque idoneus. l. idemq;. ff. pro soc.] SYL.

Supe l. iiuus pro positiuo gñque ponitur.

b ¶ Diligentissimus i. diligens. sic exponitur. ff. eo. si merces. §. qui columnam. nam cum utriusq; gratia fiat locatio, non uenit exactissima diligentia, ut ff. commo. si ut certo. §. nunc uidendum. Alij propriè ponunt, & dicunt speciale in ijs rebus, quæ facile possunt frangi.

SYL. ¶ Hæc ultima uidet communior, ßm Castillo. hic. In alijs. n. tenetur solum de leui, ut tradit Deci. in l. cõtractus. in §. no. de reg. iur.]

c ¶ Amiserit. Vel damnum datum sit, quod præuideri non poterat. ut ff. eo. l. si & de damno.

SYL. * ¶ Adde an conductor teneatur de incendio, Tho. Gram. decis. 3.]

¶ De societate.

Continuatio. ¶ Ista rub. sic continuatur. Dictũ est s. de quibusdam contractibus, qui fiunt consensu: uerum quia societas est ẽt ꝯtractus, qui fit consensu. ut patet s̃ de obligat. ex consensu. §. 1. ideõ sequitur rubrica de societate. Vnde dicit hic Acc. Est autem societas (ut ait Marcus Tullius) duorum pluriũve conuentio honestè contracta ad uberiorem quæstum, & commodiorem usum. Accur.

Diuisio. SOcietatẽ. ¶ Totus iste titulus diuidit in quatuor partes. Primo ponit in quibus rebus possit ꝯhi societas. Secundo, quæ partes possunt esse in lucro, & damno: &

si non

si non fuerunt a partibus expressæ, q̃ intelligunt. Tertiò, quãdo societas & quomodo finitur. Quartò, ad quid socius tenet. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Manet autem. Quarta ibi. Socius socio.

qñq; inter socios est conuentum de quota lucri & damni: & illud seruandum est, vt hic: si modo ille qui plus lucri ferre dẽt, plus cõtulerit l. si non fuerint. ff. codẽ. aliqñ est conuentum de lucro vel d̃ damno tantũ: & conuentio facta in vno habet locum in alio. §. illud. infra. eodem aliquando conuentũ est, vt lucrum æqualiter diuidatur, & alter nullum dãnum patiatur & tunc aut is, qui operam posuit, est ille, qui damnum pati non debet: & valet societas & conuentio. d. l. si non fuerint. §. ita coiri. aut ecõuerso: & communiter tenetur non valere, si quis vult non pati damnum, qui ponit tm̃ pecuniam. aliquando nihil est conuentum, sed vnus posuit pecuniam alter operam: & habet locum. q. posita in l. 1. C. eo. ita decla. Saly. & bene in d. l. si non fuerint.]

torũ bonorũ, quã Græci specialiter† *κοινωνίαν* appellãt aut vnius alicuius negociationis, veluti mãcipiorũ vẽdendorum, emendorũque, aut olei, aut vini, aut frumenti. emẽdi vẽdendique.

¶ Et quidẽ si nihil de partib' lucri, et dãni noĩatim ꝯuenerit, æquales esci licet partes & i lucre, et in dãno spectant. qđ si expressæd fuerint partes, hę seruari debent. Nec. n. vnq̃ dubiũ fuit, quin valeat ꝯuentio, e si duo inter se pacti sint, vt ad vnũ quidẽ duę partes & lucri, & dãni pertineãt, ad alium tertia.[f]

¶ Valet cõuentio inter socios, vt maiorẽ partẽ lucri ferat alter q̃ dãni: & econtra, & ẽt ꝙ lucrum participet alter, et dãnũ nõ sentiat. Et lucrũ dicit̃ qđ superest oĩ dãno deducto. Arc.

¶ Societatem coire. Casus I declaratione terminorũ nõ figuratur, nisi literaliter, cæteris enim paribus in societate dãnũ & lucrum debet esse commune. l. si nõ fuerint. ff. eo. Not. summarium.

a ¶ Totorum. Idest omniũ, & expresse, vt ff. eo. l. j. §. 1. & l. 3. §. primò. † Nam hoc nomen, scilicet totus tota totũ, totitatem ad vnã rem signat.

¶ Omne verò ad pluta: quod declarata, vt per Deci. in l. omnia in 1. no. ff. si cer. pet.]

ADDITIO. Hoc verũ, si ad vnam adijcitur: aliàs si ad vniuersitatem, de illa tanq̃ de vno p̃dicatur. Io. Fa.

* ¶ Nota ex hoc loco, ibi, aut vnius alicuius negotiationis: ꝙ dictio, aliqua ex propria natura & vi referi ad rẽ quampiã singularem, vel particulare ad idem tex. in §. præterea intestatus ĩ. de fideicom. hæred.]

b ¶ Emendi. Item duobus alijs modis, scilicet simpliciter, vt ff. eo. l. coiri. & l. nec adiecit. Item vnius rei. vt ff. eod. & societas.

c ¶ Aequales. Sic. ff de hæred. instit. l. quoties. §. hr̃edes. & ĩ. de hæred. insti. §. si plures. & ff. eo. l. si non fuerint. ꝙ dic æquale fuisse capitale. Accur.

¶ Vt ergo liqueat materia, dic, quòd

d ¶ Expressæ. Etiam in solo lucro, vt ĩ. eod. §. illud.

e ¶ Conuentio. s. talis vt sequitur.

f ¶ Tertia. Scilicet pars lucri & dãni.

¶ De illa. Casus politio non est necessaria, quia tex. eam facit. Rõ enim dubitandi erat natura societatis, in qua oĩa deberent esse communia. l. si nõ fuerint. ff. codẽ. cõtrariũ deciditur ex ratione expressa in tex. q̃a opera vnius quandoque est pretiosior & vtilior societati quàm sors & capitale alterius. Notabilia clara sunt, & ea optimè collegit Luc. Angel.

SYL.

a ¶ Ad Titiū. Computatio hic ita expedita fiat: ut ſi lucrū in una re, in alia uerò damnū contigerit: ut ſi deducto omni damno lucrū ſupereſt, unus in duas partes, alius ī tertiā partem admittatur eius lucri. Si uerò tantū damnum ſupereſt: is, qui duas partes damni ferre debet, in rebus, quæ ſuperſunt, tanto minus quā alter accipiat, quantū faciat tertia pars dāni, ut ff. eod. Mutius.

b ¶ Seruius. Hic Seruius ſibimet ꝯtradicere uř, ut ff. eo. l. Mutius. Sed ſi ē uerū: nā ibi dicit q̄ facto hoc eſſe nō poſſe. ſ. ut dānū & lucrū ſit in eadē ſocietate, cū dānum lucro, & cōtra lucrū dāno deducto intelligat, ut ibi dicitur, & infra eo §. uerſ. & adeo.

¶ De illa ſanè cōuētione q̄ſitū ē: ſi Titiꝰ, & Seiꝰ inter ſe pacti ſunt, ut ad Titium[a] lucri duæ partes ꝑtineāt, dāni tertia: ad Seiū duę partes dāni, lucri tertia: an rata dēat hřī cōuentio. Quintus Mutiꝰ ꝙ naturā ſocietatis talē pactionē eē exiſtimauit, & ob id nō eē ratam hñdā. Seruius[b] Sulpitius (cuius ſnīa præualuit) ꝙ ſenſit: qa ſæpe quorūdā ita pretioſa eſt opera i ſocietate, ut eos iuſtū ſit cō dōne meliore in ſocietatē admitti. Nam & ita coiri poſſe ſocietatem nō dubitatur, † ut alter pecuniā conferat, alter non ꝯferat, & tñ lucrū inter eos cōe ſit, qa ſæpe opa alicuius ꝓ pecunia ualet. Et adeo[c] cōtra Quinti Mutij ſententiā obtinuit, ut illud quoq; ꝯſtiterit poſſe ꝯuenire, † ut quis lucri partē[d] ferat, de dāno nō teneat: qd[e] & ipſum Seruius cōuenienter[f] † ſibi † fieri exiſtimauit. Quod tñ ita intelligi oportet, ut ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit, cōpenſatione fcā ſolum qd̄ ſupereſt intelligatur lucro eſſe.

quod lo. ſed tali rōne: quia iure conuentionis ualent, nō ſocietatis. ff. de pol. l. 1. §. ſi conueniat. Acc.

¶ Hæc cōmuniter approbatur, ut per Chriſt. hic: de quo dic, ut dixi ſ. ſuper glo. in uerſic. æquales, in prin. & opin. Ioā. tenet Decius. in l. ſi paſcenda. in 2. no. C. de pac. ubi uide pro declaratione huiꝰ text. docto.]

d ¶ Partem. nō totū, aliàs eſſet leonina, (i) ut dicitur in fabula Aniani uel Æſopi: † & ff. e. ſi non fuerint. § fin. & l. ſi unus. §. ſed ſi ꝑtium. in fin. Bald. (i) Idem ſi nō habito reſpectu ad lucrum de certa quantitate cautum ſit: puta uolo 10. annuatim: etiam ſi cōcedens pecuniam in ſe periculum ſuſcipiat, ſecundum Angelum hic.

SYL.

*

† l. 1. C. pro ſoc.

† Vide in hunc locū Abba. in c. nauiganti. col. 2. uer. nec obſtat. §. de illa. extra de uſur.

† Ex apologo Aſini, uulpis & Leonis.

† aliàs neutrum, nec ſibi, nec ibi.

† aliàs de eſt fieri.

* ¶ Huic affine eſt quod tradit Accu. in d. l. illud. uer. lucrum. & uer. poterat per illum tex. & ibi Bal. & recentiores. C. de coll. lucrū id dici, quod ſupereſt deductis oneribus.]

c ¶ Et adeo. Hæc pacta inæqualia tūc demū lucrum habent, quando alter plus contulit operæ uel induſtriæ q̄ alter. ut ff. eo. l. non fuerint. in princ. uerſi. ſi uerò placuerit. ſecundū Azo. cū ſocietas ſit fraternitatis ius, ut ff. e. l. ſi uerum. lo. cōīs, & ſubaudit in l. illa, ſi non fuerint maximè. Alij idē

* ¶ Adde ſm doct. in c. nauiganti. de uſur. ꝙ hic tex nō debet intelligi de damno in capitali, ſed in alijs lucris & damnis, ut. ſ. in illis ualeat pactū, ut quis lucri partem ferat, de damno autem non teneatur.]

e ¶ Quod & ipſum. ſ. dictum hoc ꝓximo caſu.

f ¶ Cōueniēter. Ideſt cōueniēs eē ſuę ſententiæ, quā dixit. ſ. eod. §. de illa.

¶ Illud. Caſus. Sic figurari pōt. Cōuentū fuit, ꝙ unius pars lucri ſit tertia, alterius

SYL.

alterius reliquum, nec aliqd cautum expresse fuit de dāno cōtingēte: dubitabatur quō partiendum esset dānū: & uidebatur quod æqualiter, qa ubi in societate partes lucri, aut dāni nō sunt adiectæ, æquales sunt. s.e. in prin.cō trarium dr ex illa rōne, qa eadē dēt esse rō lucri & dāni, & fm nām est, vt eatenus incōmoda ferantur, quatenus feruntur cōmoda l. fm nām. ff. de regu. iur. regula enim in contrarium allegata procedit cæteris parib. & nullo sup hoc cōuento: sed qñ data ē forma lucro uel damno, censetur pari ter datū utrique. No. summarium.] a ¶ Seruari. Not. eandem ratione cōtrariorū. sic. ff. de le. 3. l. si. § si. & ff. fam. ercis. si filia. aliàs est. l. si uni. §. item Papinianus. Arg. cōtra. ff de lib & posth. commodissimè. & ff. loca. l. ea lege. 2. respon. & ff. de nego. gest. si quis negocia.

¶ Sol. ex distinctione Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uer. obl. & dic, ut per Ang. hic.

¶ Manet autem. Casum non expedit figurare: quia plana est rō, quod ea, q consensu contrahuntur, eodem con sensu distrahantur. Nec obstat quod pro ratione dubitandi posset adduci, quod in contractibus, re non integra, non licet alteri resilire a contractu inuito socio. l. sicut. C. de action. & oblig. quia hoc est uerum in contractibus hñtibus certum, & determinatum finem, ut emptio, & hmōi: secus in societate, q aliqñ finiri eadem uolūtate pt, nisi sit cōtracta ad determinatū tps. notab. collige, ut hic p doc.]

¶ Particula adiecta in lucro, tacite vr̄ adiecta in damno, & eō. Areti.

¶ Illud expeditū est, si in una cā ps fuerit expressa, ue luti in solo lucro, vel in solo dāno, ī altera uerò omissa, ī eo quoq; qd̄ prtermissum ē, eadē partē seruari, a

¶ Societas soluit re nūciatione, qua so luta, lucrū, qd post renūciationē acqrit, nō cōicat, nisi dolose fuerit renunciatum. Aret.

¶ Manet āt societas eousq;, donec ī eodē ɔsensu pseuerauerint. At cū aliqs renūciauerit b societati, soluit societas. Sed planè si qs callidè c i hoc renūciauerit societati, ut obueniens aliquod lucrū solus hēat, ueluti si totorū d bonorum socius, cùm ab ali quo hēs esset reli ctus, in hoc renūciauerit societati, ut hēditatē solus lucrifaceret, cogit hoc lucrum cōicare. Si quid e uerò aliud lucrifaciat, quod non captauerit, f ad ipm so-

b ¶ Manet. Renunciaue rit. pāri socio, (i) non absenti, ut ff. eo. sed & socius. §. si absenti.

¶ Intellige se cūdū gl. in d. l. allegata, quod ñ ualet quo ad renūciantē.] ADDIT. (i) Vel eius procuratori: aliàs non tenet nisi in præiudicium renunciantis. Ange.

c ¶ Callidè. Idem & si intēpestiuè renuntiet.

** Adde, quod ex cā licitum est ēt ante ips renuntiare: ueluti si ṗmissa non seruent: si socius sit rixosus. & damnosus: si ea re frui non liceat, cuius grā cōtracta est societas: si socius renuntiās diu, & inuitus rei pub. grā absfuturus sit. l. si cōuenerit. uel l. idemq; ff. e. tit.] Item & si expediat non renunciari, ut ff. e. actione. §. Labeo. & l. sed & socius. §. fina.

d ¶ Totorum. i. omnium, hoc expressō, ut ff. e. l. 3. §. 1. aliàs contra, ut ff. e. nec adiecit.

e ¶ Si quid. Aliàs, si quidem. sic. ff. ex quibus causis in possessio. ea l. Fulcinius. §. quod si aduersus: sic ff. eo. Actione §. diximus.

f ¶ Nō captauerit. i. nō pcogitauerit.

* ¶ Aliàs captat ē illecebris: obseqo, donis, spe maiorū aucupari. inde captatoria institutio, q hac ex cā facta est,

SYL.

est, ut ab aliquo q̄s instituaṫ, vel lega tū cōsequaṫ.l capratorias, de hęr. inst. qua de re Alc. meus c. 31. li 2. Parer.] a ¶ Cōcedit. No. hic q nq; modos sol uēdæ societatis, hic & seq. quatuor §. Sunt & alij duo: ut inter emptiōe rerū nāli vel ciuili, vt ff. e. verū. §. fi. Itē cùm ab alio stipulor aio nouādi, vł iudiciū cū ali quo dicto aio nouādi, ut ff. e. actiōe. 1 fi. ** Adde tres alios modos. vn° ē, cu sepa tim socij agere, & negotia ri cœperūt. l. itaq;. e. tit alter, cù vn° ex socijs agit, ut sua portio sibi det l. act. 6e. ī pri. e ti. terti°, si seru° socius manumittaṫ, uel alienaṫ. l. si id. §. vl. e ti. quos modos & alios relatos a gl. latı° tractat Pet. Vbal. in trac. d̄ socie. i 11. par. max. e i 1. 2. & 3. col.]

Societas multis modis soluitur.

lū ptinet. Ei uerò, cui renūciatū est, qcquid oīnò post renunciatā societatem acquiritur, soli conceditur. a ¶ Morte vnius ex socijs soluiṫ societas. Item interitu rei, uel publicatione bonorū. Itē si unus ex socijs bonis cesserit. Areti. ¶ Soluitur adhuc societas ēt morte b socij: quia q societatē ꝯhit, certā ꝑsonā sibi eligit. Sed & si consensu pluriū societas ꝯcta sit, morte uni° socij soluiṫ, & si c plures supersint, nisi in coeūda societate aliter conuenerit. d ¶ Item si alicuius rei e ꝯcta societas sit, & finis negocio impositus est, finitur societas. ¶ Publicatione quoq; distrahi societatē manifestū ē, f. si uniuersa bo na socij publiceṫ. Nā cū i eius locū alter g succedat, ꝑ mortuo h habeṫ. i ¶ Item si quis ex socijs mole debiti prægrauat° bonis suis k cesserit, & iō ꝑpter publica aut

adeo. ff. e. ꝙ impediteṫ libera testādi facultas. l. cū duob. §. idē rīdit. ff. e.] ** Qd̄ dr̄ de morte nāli, extēde ēt ad mortē ciuilem, q̄ accidit maxima, & media ca. dimi. l. uerum. §. fin. ff. eo.]

c ¶ Et si. i. quāuis. Accur.

d ¶ Cōuenerit. s. ut duret inter superstites ēt vno moriēte: nō autē ad hr̄dē trāsit † ēt ex pacto, vt ff. e. l ad eo. & l. nemo. t. nisi i societate uectigaliū, ut ff. e. l uerū. §. in hæredē. & l. adeo. 1. respon. ¶ Intellige tū ꝙ transit ad primū hr̄dem tm, non ad alium. gl. in l. nulla. ff. eo.] ¶ Et nisi denuo consentiant. ut ff. eo. l. planè.

Societas transit ad hr̄dē nisi in duob. casibus.

† Oportet tū hr̄dem pficere inchoata a defuncto. l. hęres so cij. ff. eod.

ADDITIO. Itē nisi facto hincinde apposito: quia forte de iure canonico teneret ētiā ꝑsona hæredis: nec morte vnius ex socijs solueret, per c cum cōtingat, extra d̄ iurei. s̄m Io Fa. hic.

SYL.

SYL. ¶ Solu ē Caius figuiō clara est. Enumerat. n. quib. mod. societas finiaṫ, & assignat tex rōnē ibi, q a q societatē. & in calib. similiter interius positis: & quia sunt termini, eos nota]

b Morte idem est in tutela: secus in deposito & mandato, ut ff. de ijs qui no. infa. fur. § illud.

SYL. Rō aūt driæ assignaṫ ibi p gl. q tā ñ ē uera, nec ꝑcludit: sed bñ posset red di rō h° reı; q a qui coit societatē, vł e igere sibi ꝑsonā. idē in tutela: ñ sic in deposito. sed in mādato idē vł: tñ ꝑt dici ꝙ ñ reqrit illa diligentia, q̄ in tutela. & societate, in ꝑsona mādat. & deposit. uel dic, ut dicit Bart. in l.

e ¶ Item si alicuius rei. Vt duo tabernarij de uendendo uinum in foro.

f ¶ Publicatione. q̄ publicatio fit p g delicta, ut ff. de bo. dam. l. 1. 1. respō.

g ¶ Alter. Aliàs, alius. f. fiscus.

h ¶ Pro mortuo. Sic. ff. eo. actione. §. publicatione.

i ¶ Hr̄. Sed qd̄ si hic socius, cuius bona publicata sunt rōne operæ socius erat, non rerum quod esse pt, ut s̄. e. §. de illa. uer. nā & ita? Rñ idē, cū libertatē, uel uitā, uel ciuitatē amittat, ut ff. d bo dā. l. 1. & 7. prox innuit. i fi.

Cessio bonorum quare fit

K ¶ Bonis suis cesserit. Qd̄ facere potest,

† Non tñ sp ut per · SYL. Socin. in trac. fall. reg. 46.

test. † ne in carcerē detrudaẽ, ut ī. de act. §. fi. & C. de cessio. bono. l. 1.

*¶ Nō tñ omnino liberaẽ, sed in postea quęsitis quatenus facere potest conuenitur. d. § fin.

num: quo casu compensatur culpae item dolus cum dolo, ut ff. de cōpē. si ambo & de dolo. l. si duo.

¶ Intellige ut declarat Alex. in d. l. si ambo, in addit. ad Bar.]

a¶ Debita. Quia fisco vel priuatis debebat, ut ff. eod. actione. §. 1.

b¶ Veneat. i. uendatur.

c¶ Sed hoc casu. q. d. non sicut superiori proximo. f. qñ bona fuerunt publicata: nā hic uiuens & in ciuitate existēs sibi postea acquirere pōt, ut ff. đ cessio. bono. l. 5.

SYL.

¶ Soci° socio. Casus figuratio clara est: nam rōnem dubitandi ponit tex. noster rōnē autē decidendi colligere potes ex tex. ī §. fi. ī. q. mod. re. cōtr. obli. ubicūq; .n cōmoditas est cōis, vt tm̄ ꝙ leuis culpa ī eo ꝯ̄ctu consideretur. Not. socium de leui culpa tm̄ teneri. Item ꝙ mala electio socij est in culpa, & imputari dēt eligēti]

priuata debita a subhastetur uel ueneat, b soluit societas, sꝫ hoc casu, c si adhuc cōsentiant in societatem, noua uidetur incipere societas.

¶ Socius teneẽ de leui culpa, uel de tali diligētia, qualē suis reb° solitus est adhibere. Ang.

¶ Socius socio vtrū eo noīe tm̄ teneatur pro socio actione, d si quid dolo cōmiserit, sicut is, qui deponi apud se passus e ē, an ēt culpae, i. desidiae atque negligentiae noīe, quaesitum est: ꝓualuit † tñ ēt culpę noīe teneri f eū. Culpa aūt nō ad exactissimam diligentiā dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiā cōmunibus rebus adhibere socium, qualē suis rebus adhibere solet. g Nam qui h parū diligentem sociū sibi assumit, de se † q̄ri, sibique hoc imputare debet.

¶ De mandato.

¶ Mandatū obligatorium ꝯ̄hitur pluribus modis: nec obligaẽ quis, si mādatarij gratia tantū mandet. h. d. Aret.

** Ad illud, qđ dr̄ in text. socium teneri noīe culpae, uide De. i. in l. contractus. uersi. 9. de regu. iu. ubi infert ēt, ꝙ cū socius teneaẽ đ leui culpa, teneẽ de furto. l. cū duob. §. dāna. ff. e.]

† l. cum duobus. §. uenit. l. socius socio. ff. eo.

SYL.

g¶ Solet. Añ ꝯ̄ctā societatē. † & in hoc discrepat a depositario, qui ut in pñti teneẽ. sic. ff. đp. l. qđ Nerua. sic ē in eo, cū quo hēo rem cōem sine societate, ut ff. fa. erci. l. haeredes. §. nō tm̄.

† f. si tunc erat diligentior : aliàs sec°, ut p gl. i l. cū duob. §. 1 ff. eo. † aliàs q̄ri dēt, hoc ē sibi imputare debet.

SYL.

¶ Declara hāc gl. ut p gl. in l. cū duob. §. 1. uer. uenit. ff. eo.]

h¶ Qui parum diligentē. Sic. s. quib. mod re contrah. obliga. §. praeterea.

** Adde, ꝙ socius ñ cō dēnatur socio nisi inquantū facere pōt. i. deducto ne egeat. § sed & siquis ī. de act. glo. in l. uetum. in uer. debetur. ff. eod.]

Depositarius solū teneẽ de dolo & lata culpa.

d¶ Pro socio actione. Quae ē directa ab utraq; parte, ut ī. de pę. te. li. § ex quibusdā. & finita societate nascit, ut C. eo. tandiu nisi in casu, ut ff. eo. actione. §. nonnunquam.

e¶ Passus est. Qui de solo dolo tenetur, & lata culpa, q̄ dolū repręsentat, ut ff. de dep. l. qđ Nerua. & ff. si q s te. lib. esse iui fue. l. 1. §. non autem.

f¶ Teneri. nisi alter tantā culpā ꝓ̄stiterit, q̄ tam & iste, & afferręt par dā-

¶ De mandato.

Continuatio.

¶ Oblōnum aliae re contrahunẽ, aliae uerbis, aliae literis, aliae cōsensu, ut s. de obl. Item earum, q̄ ex consensu, aliae per uenditionē, aliae p locationē & conductionē, aliae p societatē, aliae per mādatū, ut s. de obl. ex consensu. in prin. de trib. primis dixit, nunc de quarta. s. de mandato. Acc.



Andatum. ¶ Totus iste titu. diuidit in quatuor partes. Primò ponit quot modis mādatū cōtrahit, & illud per exēpla decla rat. Secundò, ꝙ fines mandati nō sunt prætereundi. Tertiò, quomodo mandatū finiatur, & qñ mādatū possit renunciari. Quartò, ꝙ mandatum debet eē gratuitū. Secunda ibi, Is qui. Tertia ibi, Recte. Quarta ibi, In sūma. ¶ Mandatū. Casus nō ponitur nisi literaliter in declaratione terminorū. Not. quibus modis mandatum contrahatur. Item ꝙ gratia mandatarij tantum non contrahitur.

Mandatū[a] cōtrahitur quinque modis:[b] siue sua tm̄ gratia aliquis tibi mādet, siue sua & tua, siue aliena tā tū, siue sua & aliena, siue tua & aliena. At si tua tm̄ gr̄a † mandatū sit, superuacuum est mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio,[c] nec mandati inter uos actio nascitur.

† aliàs tibi mandatū sit.

¶ Ad cognoscendū cuius gr̄a mandatū fiat, inspiciēdū est cuius utilitatem cócernit illud, qđ mandat: & dicit illius gratia celebratum. Aretinus.

¶ Mandantis tantum gratia interuenit mādatum, ueluti si quis tibi mandet, ut nego-

Mandati diffinitio

a ¶ Mandatū. Mandatum est officiū gratuito ab eo, qui susceperit, exhibēdum. Nisi. n. fiat gratis, incipit esse locatio, si non erat facturus aliàs tale factum: ideoq; locari consueuit, ut ĩ. eod. §. fi. & fit per uerbum rogo, uolo, mando, supplico, & similia, ut ff. eod. l. 1. § 1.

SYL.

* ¶ Adde ꝙ Accur. in l. 1. in uer. sed ego. ff. quod iussu. cōstituit drīam inter mandatum, iussum, & rogationē. sed aliud uisum est Decio in rub. C. de manda. prin. ubi tenet, ꝙ data terminorū similitudine nihil interest.]

Mandatū multis modis cōtrahitur,

b ¶ Quinq; modis. Immo vr̄ ꝙ sex, ut sequitur. Sed dic quinque, s. obligatorijs. Vltimum enim scilicet quādo tantum tua gratia, non est obligatorium, ut ff. eo. tit. l. 2. §. fi. Item ſm lo. est quoddam aliud sextum obligatoriū, ut cū sua gratia, & tua, & aliena aliquis tibi mandat, ut emas fundum pro se, & te, & Titio. Acc. & exēplifica, ut ff. eo si procuratorem. §. si tutores. ubi tutor mandat cōtutori suo, ut seruū necessariū emat pupillo: & sic gr̄a mandantis, & mandatarij, & pupilli contrahit mādatum.

Additio.

SYL.

¶ Reprobatur hæc opin. ſm Christop. per doct. qa talis casus tanquā mistus cōprehenditur sub simplicibus: q̄ īſio est falsa, qa pariter eēt superflua positio casuū compositorū hic facta: nec releuat respō. Christoph. ꝙ hic de duab. personis tantum: quia eadē ratio erat in compositione plurium personarum, q̄ erat in duabus: quia omnino dicitur casus mistus, quando mutatur, uel additur noua persona. l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure.]

c ¶ Obligatio. Nisi dolus, & calliditas intercedat, (i) vt ff. de regu. iuris consilij.

SYL.

* ¶ Declara secundum Deciū ibi.]

ADDITIO. (j) Intellige si sit consilium rei honestæ, nec esset aliàs facturus. Et tamen tertio, qui ex hoc damnificatus fuerit, indistinctè tenetur, ut per Angelum hic.

SYL.

¶ Mandantis. Casus similiter hic nō figurabitur nisi literaliter, cùm declaret terminos propositos. Not. quando contrahatur mandatū gratia mādantis tantum. Item ꝙ credere sub usuris potest esse gratia mutuantis, & recipientis mutuum. Item ꝙ hoc tempore poterat prius conueniri fideiussor, quàm principalis: cætera dic ut per Ang. hic, qui sigillatim ea persequitur.]

Ceteres

a Gereres. & tūc qa suscepit mādātum, non quia gessit, tenetur, ut ff. c. si remunciandi. §. 1.
b Sub vsuris. In hoc ē vtilitas mutuantis pp usurariū lucrum. Sed contra. ff. de vsur. cum quidam. §. si pupillo. & fin. Sed ibi debet subaudiri, tātum. Vel dic non fuat propter lucrū inductæ. scilicet principaliter, ut ibi: secundario tamen sic, ut hic dr. Accur.
SYL. Verior est sol. quam ponit hic Christopho. q aliquādo usuræ ueniūt ex stipulatu: & dicuntur lucrū: aliqñ propter moram: & secus quia tunc ueniunt tanquā interesse & damnum.]
c Ei. puta pcuratori mādantis.
d Ipsius. Scilicet mandantis: & in hoc ē utilitas mādantis.
e Mandet. f. fideiussor. & hoc casu agetur contra fideiussorē mādantem actione mandati, nō ex stipulatione prima, si nouādi animo hoc mandatū intercessit, ut ff. c. si mandato meo. in fi. l. Si aūt nō nouandi animo, agit ex prima causa, ut ff. de procu. l. licet. §. ea obliga. in fin.
Quod hoc textu significat, posse creditorē, omisso reo principali, agere cū fideiussore, id iur veteri obtinebat: sed hodie reo pñte non pmittit prius intercessorē couenire, quā reus inuētus sit minus idoneus, auth. pñte C. de fideiuss.]

† Delegare est vice sua alium dare reū creditori, uel cui is iusserit l. delegare. ff de noua.

cia eius gereres, aut vel vt fundum ei emeres, uel ut pro eo sponderes.

¶ Tua grā & mādātis, ueluti si mādet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei, [c] qui in rē ipsius [d] mutuaret: aut si uolente te agere cum eo ex fideiussoria causa, mandet tibi, vt cum reo agas periculo mandantis: uel ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi† delleget ī id, qđ tibi debuerat.

¶ Aliena aūt tmcā interuenit mādatū, ueluti si tibi aliquis mādet, vt Titij negocia gereres; uel ut Titio fundū emeres, uel ut p Titio sponderes.

¶ Sua & aliena, veluti si de cōibus suis & Titij negocijs gerendis tibi mandet, [f] uel ut si bi & Titio fundū emeres, vł vt p eo & Titio spōderes.

¶ Tua & aliena, veluti si tibi mādet, ut Titio sub vsuris crederes, † qa si sine usuris pecuniā crederes, [g] aliena tm gratia intercedit mandatum.

¶ Mādatum grā mādatarij tm nō est obligatorium, sed dr̄ proprie cōsilium. Aretinus.

¶ Tua tm grā [h] interuenit mādatū, veluti si tibi mandet, ut pecunias tuas in emptiones pdiorum potius colloces, q̄ fœneres, vł ex diuerso, ut pecunias tuas fœneres, potius, q̄ ī emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mā datum magis con silium, q̄ mādatū est: & ob id nō est obligatoriū, † qa nemo ex cōsilio [i]

f Mandet. hic agi pt duabus actionib. mandati. s. cōtra mādantē, & negociorū gest. cōtra Titiū, q̄ datur & mādāti, ut C. de neg. gest. l. si mandatum.
g Crederes: scilicet mandauerit.
h Tua tantū gratia. hic autem addūt doctores sextum modū: qđ dic ut s. e. in prin. in gl. immo vł &c. in fi. glo.
i Ex consilio. Nota bonam regulā, quem de consilio nō teneri. Fallit tamen in casib. qui his legibus dicūtur, ut ff. de dol. q si cum sciens, & ff. de proxene. l. 2. Sed certè ibi fuit fraudulentū consilium, ut ff. de regu. iur. l. consilij. item fallit

† aliās q si ut sine.

Cōsilium non facit quem teneri nisi in casibus qbusdā.

† Magis mandās, q̄ consulens Bald. l. 1. col. 2. C. de ser. fugit.

mādati [a] obligaŧ, ēt ſi ñ expediat ei, cui mādabaŧ : cū liberum cuiq; ſit apud ſe explorare; an ſibi expediat ? ſiliū. Itaq; ſi ocioſam pecuniam domi te habētē hortatus fuerit aliqs, ut rē aliquā emeres, uel eam crederes: q̃uis non expediat eam tibi emiſſe, uel credidiſſe, ñ tñ tibi mādati teneŧ. Et adeo hęc ita ſunt, ut q̄ſitum ſit, an mandati teneaŧ, qui mādauit tibi, ut pecuniam Titio fœnerares. Sed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum: quia nō aliter Titio credidiſſes, q̃ ſi tibi mandatum eſſet.

¶ Mandatum rei turpis, uel contra bonos mores, nō valet. Angel.

¶ Illud quoq; mādatū non eſt obli-

fallit. ut ff. ad l. aqui. l. liber homo. I. rñ. & infra de iniur. §. non ſolum. & ff. de iniur. l. non ſolum. in prin. & §. Proculus. & ff. quod ui aut clam. ſg. §. 1. & ff. de fur. ſi quis uxori. §. cum Titio. & ff. de ſer. cor. l. 1. 1. reſpon. & §. perſuadere. Sed hoc ī maleficijs: ideo nō datur mādati: tenetur tamen uel de dolo, uel alijs actionibus. Item alias factur' nō erat ī prædictis caſibus: aliàs obtinet hæc regula, ut hic & ff. eodem. ſi remunerandi. §. planè. Sed certè nec his caſibus uidetur teneri, ut infra prox. §. Sed dic, nō teneturilli, cui tale cōſilium præſtatur, ut ibi: ſed illi, in cuius læſionem conſuluit, ut hic dicimus. Vnde dici poteſt, quod nec his caſibus fallit dicta regula cùm dicat non teneri illi. ſ. cui conſilium præſtitum eſt, niſi in caſu illius l. ff. de dolo. ꝙ ſi eum ſcires. & illius. l. ff proxene. l. 2. Eand eın glo. habes. ff. eo. l. 2 § fin.

Additio. SYL.

¶ Dic, ꝙ regula eſt, ꝙ conſilium nō obligat: & ratio eſt, quia conſiliū nō neceſſitat. c. cū olim. de arbi. & explorare quis debet &c ut hic dr in text. & ideo ſi conſiliū neceſſitaret, ut in officiali, teneretur. Item ſi conſilium ſit doloſum, ēt ſi dolus ſit cauſa impulſiua. Itē in delictis, etiam ſi aliàs erat facturus, omninò puniretur, licet mitius, prout latius declarat Dec. in l. conſilij ff. de regu. iur. [a] Et ibi etiam docet quis dr cōſilium præſtare Quomodo autem cognoſcatur, an qui conſilio p-ruit, alias fuiſſet fa-

cturus, uide Ange. in l. 1. ff. de eo per quem fac. erit.]

a ¶ Mandati. ſ. actione.

b ¶ Liberū. ſ. ſuſcepto conſilio: ſed ſuſcepto mādato neceſſe eſt cōſummari, ſm lo. niſi congruo tempore renūcietur, ut infra eod. §. mādatum. & ff. eo. ſi. mandauero. §. fina. & ff. commo. l. in commodato. §. ſicut.

c ¶ Non aliter. Hoc eſſe vr ꝑ opi. Plaq dixit duo, ſcilicet ubi cōſulo certę perſonæ mutuari, teneor ita demū, ſi alias factutus non erat. Vbi aūt non eſt deſignata aliqua perſona, non teneor, etiam ſi aliàs factutus non erat. Sed lo in utroque caſu dicit contra. Nā primo indiſtinctè teneor, ſiue aliàs eras mutuaturus, ſiue nō. Scdo aūt cū diſtinctione: non aliàs: & facit pro eo ff. e. ſi remunerādi. §. planè. & s. eod. §. tua & aliena. in fin. & ff. de neg. geſt. l. 3. in fi. & l. 4. Nec obſtat qđ hic dicitur: quia & ſi aliàs etiam facturus erat, tenetur qui mandauit, vt dictum eſt: unde poteſt ſubaudiri, maximè quia non aliter &c.

a ¶ In rem actiones. Scilicet quæ decē sunt, ut diximus ī eod. §. item Seruiana. Sed certè uidetur, ꝙ sunt omnes pœnales: nam in eis iuratur in litem, ut ff. de rei uendi. l. qui restituere, & ff. de in litem iuran. l. in actionibus. Sed dic, ꝙ illud, s. iuſm in litem, non fit iure actionis, sed officio iudicis, ut ĵ. eo. §. præterea. in fi §. unde non dicuntur pœnales. Alij tamen dicebāt, ꝙ ideo non dicebantur pœnales, q a non originaliter illud fit, ꝙ crescant per sacramentum in litem, sed ex cōtumacia, ut ff. de in litem iurand. l. 1. & ideò magis attendebant, quod naturaliter erat, quàm quod incidēter. Sed certè actio depositi in quatuor casibus ab initio est rei persecutoria: & tamen dicitur pœnalis inspecto, ꝙ crescit ex contumacia, ut ĵ. proximè, & ĵ. eo. §. quadrupli. aliàs §. sed furti. uersi. at illæ. unde primam responsionem approbo.

Iuſm in litem præstatur in actionib. realibus.

ADDITIO. Secundū doc. hæc gl. vr̃ aduersatij glo. magnæ positæ in §. pœnales. in uersic. item aduersus. in princip. ī. eo. quæ uidetur concludere, quod ibi illa actio dicatur pœnalis, quia iuratur in litem: & tamen secundum eos constat, ꝙ illud iuramētum uenit offic. iudi. sic in qualibet alia actione: & dicunt hanc glo. esse ueriorem.

b ¶ Ferè. Ferè dicit propter actionē ex stipulatu, per quam pęna petitur, nec inspicitur, ꝙ interfuit, ut supra de inuti. stip. §. alteri secundum quosdam, quod est falsum.

¶ Rō est, quia illa pœna uenit ex cōuentione, non autem ex dispositione legali, ut nos loquimur. ita hic Nico. & Ias. declarant.]

¶ Immo propter actionem depositi in quatuor casibus, ut ĵ. subijcit. Itē pp actionem redhibitoriā, quæ datur in duplum aduersus uenditorem, q neque pretium, neque accessiones soluit, ut ff. de ædi. edi. l. redhibitoria.

Actio redhibitoria datur in duplum.

Oēs ī rē actiones. a Earum uerò actionū, q̄ in personam sunt, eæ qdē, quę ex ꝯ̄ctu nascūtur, ferè b oēs rei persequendæ cā comparatæ vñr: ueluti quib. mutuā pecuniā, uel in stipulatū deductā petit c actor: itē cōmoda ti, depositi, mandati, pro socio, ex empto, uendito, locato, cōducto. d

c ¶ Petit actor. Ad utranq; aūt. s. ad mutuum, & ad eam pecuniam, quæ in stipulatum deducta est, certi condictio datur, ut ff. si cer. pet. l. si quis certum. & ī. de uerb. obl. in princ. ita ꝙ ad mutuum detur condictio specialis de mutuo, ut ī. quib. mod. re. con ob. in prin. ad pecuniam deductam in stipulationem, detur condictio certi generalis, si certum sit, vt ī. de uerb. oblig. in prin.

† Dic, ꝙ illud interesse nō uenit iure actionis, † sed offō iudicis. Fab. Angel. & Ias.

¶ In utroque casu opi. glo cōiter approbatur, ut dicit Dec. in l. certi condictio. in prin. in glo. 1. ff. si cer. pet.]

† Istā glo. SYL. ipugnant Io. Fab. & Iaso. hic. Est. n. ridiculum, ꝙ actiones hic enumeratæ, & cęterę bonæ fid. ꝓpterea, ꝙ in eis iuretur in litē sint pęnales, per ea q̄ hñt ī. in d. §. pœnales ī gl. magna, in uer. itē aduersus. in princ.

d ¶ Conducto. Sed nonne oēs istæ dātur ad interesse etiam, quod est extra rem, ut ff. de act. emp. l. 1. in princ. ergo peto aliquid, quod tibi nō adest: ergo sunt pœnales. † Sed dic tribus modis dici actionem pœnalem. Primo illa, quæ hincinde est pœnalis, vt furti, & similes, quando peto quod mihi abest, & q̄d tibi nō adest: & hoc mō acceptæ, dicuntur hic istæ nō pœnales. Secundo, qñ est pœnalis ex parte una s. ex parte rei tm̄: q̄d est ubicū que actoris interesse excedit id, q̄d reo adest: & in hac significatione, actiones istę dicuntur pœnales. s. ex empto, & similes: & etiam rei uendicatio, qñ in litem iuratur. & ꝙ inspecta persona rei tantum pœnales dicantur, probatur. ff. de eo per quem fac. erit. l. 1. §. si plures. & l. fi. & ī. eod. §. pœnales †Tertio dr̄ pœnalis inspecta persona actoris tantum: ut si acce-

accepisti ab aliquo aliquid, vt me accusates per calumniam: nam repeto, licet nihil mihi absit, à re.f. cui adest, vt probat. ff. de calum.] & generaliter. § illud erit notandum.

a In duplū, scilicet si reus inficietur, vt infra e. §. sed furti. Accursius.

b Ipsius. scilicet hęredis. Ex dolo. n de functi in simplum tantum, vt ff. deposi. l. 1 §. j. Et est ratio quare i his quatuor casibus datur in duplum, & in aliis in simplū: quia hic ex necessitate deponit, nec potuit prauidere apd quē deponeret, vt ff. depo. l. j. §. merito.

c Vide simi lem glo. in §. actionū autē. in ver. deposi ti. ī eod.]

¶ Planè si depositi agat eo noīe, qꝫ tu mult', incēdij, ruinę, naufragij cā depositū sit, in duplū a actionē Prętor reddit: si mō cū ipso, apud quē depositū sit, aut cū hęrde eius de dolo ipsius b agitur: quo casu mista est actio.

¶ Actionū descēdētiū ex maleficijs qdā sunt psecutoriæ pęnæ tm, qdā mistæ tā rei q̄ pœnæ, primū per vnū, vltimū per tria exempla declarat

¶ Ex maleficijs verò ꝓditę actiones, aliæ tm̄ pęnę psequēdæ cā ꝑparatę sunt: aliæ tā pęnę, q̄ rei ꝑsequendæ: & ob id mistę sūt.

Pęnā tm̄ ꝑsequitur qs actione furti. Si ue. n. manifesti agat quadrupli, c siue nō manifesti du pli, de sola pœna agit, nā ipsam rē ꝓpria actione ꝑsequitur quis, idest, suā esse petens: d si ue fur ipse eā rem possideat, siue ali' quilibet. e Eo amplius aduersus furē etiā condictio f est rei. ¶ Vi autē bonorū raptorum actio mista est, qa in quadruplo g rei

festum, cū clam facta magis puniēda sint, vt ff. de admi. tut. l. nō existimo. & ff. de ritu nup. l. vlt. Rū immo magis delinquit q pal ā ꝙ q̄ qui clā amouet, vt ī. vi bo. rap. ī prin. vnde magis punit, vt arg. ff. de offi. pręsi. diuus.

ADDITIO. Sed per hanc solutio. non respōdetur cōtrario in glo. alleg. vnde dicas secūdum Dyn. quę cętera sequuntur, quod iste tex. ꝓcedit i omnino illicitis: contrariū aūt in ijs, quę possunt. esse licita & illicita. ſm Ang.

d Petens. Scilicet rei vēdicatione.

e Quilibet. Vt supra de oblig. quæ ex delicto nascū. §. fin.

f Cōdictio. Scilicet furtiua: quæ soli domino datur, & hæredi eius, aduersus furem & eius hæredem, vt ff. de condict. fur. l. 1. & l. 5. & ī. de oblig. quæ ex delict. nascuntur. § fin.

g Quadruplo. Vsq; s. ad annū, post annum in simplum, vt ī. vi bo. rap. in prin. nisi in casu, † vt si iudęus contra christianum agat: tunc in duplum tātum agit, vt C. de pag. l. christianis. Sed nunqd etiam raptor tenet actione furti manifesti? Dic qꝫ non ſm P. qa in duplū tm̄ tenet, si furti conueniat, vt ff. vi bo. rap. l. j. nisi in casu vbi nec i duplū tenet. ſm eū, vt ff. de fur. l. siqs ex domo. sed certè ibi erat actū actione vi bo. rapt. vnde sublata erat actio

¶ Ex maleficijs Casus in declaratione terminorū non figurat. tex. n. per se clarus est. Not. qꝫ duplum vel quadruplum in actione furti est totū pœna. Item qꝫ pro furto non imponit nisi pœna pecuniaria de iure. Itē qꝫ in quadruplo in actione vi bo. raptorū comprehenditur æstimatio rei: & sic simplum est rei persecutio, triplum pęna. Itē qꝫ actio. l. Aquiliæ cōtra negantē cōpetit ad duplum. Item qꝫ qui sine causa & fraude differt præstare legata relicta pijs locis, si fuerit in iudicio conuentus, tenetur ad duplum.]

c Quadrupli. Sed quare plus manifestum furtum punitur q̄ non mani-

Crimina facta palā sunt occultis grauiora. † Hoc verū in ijs, q̄ sunt de gńe ꝓhibitorum: secus ī ijs q̄ pñt esse licita & illicita. Nic. Bal. Ioan. Fab. Pla. Ang. & la son.

Cōdictio furtiua datur soli domino.

† Simil. glo. supra vi bo. rap. in prin. ver. quadrupli. Raptor qua actione conuenitur.]

ꝓsecutio cōtinet: pęna aūt tripli est. Sed & legis Aqlię actio ď dāno iniuria dato mista est, ñ solū si aduersus ificiātē i duplū agatur, sed iterdū & si i simplū a† qs agat: veluti si qs hoiem claudū, aut luscū occiderit, qui ī eo anno iteger & magni pretij fuerit: tāti n. dānant, quāti is homo ī eo anno plurimi fuerit, sm iā traditā [b] diuisionē. Itē mista est actio cōtra eos, [c] q relicta sacrosāctis ecclesijs, vel alijs venerabilib. locis [d] legati vel fideicōmissi noīe dar distulerint, [e] † vsque

actio nō furti manifesti, † nisi ī id qđ excedit, vt ff. vi bo. rap l j. & ff. de act. & oblig. l. qui seruū. sed satis videtur ꝙ etiā manifesti furti nomine cōueniatur, & in quadruplū, † vt arg. ff. de fur. l. si vendidero. §. cum raptor. & l. si qs ex domo. licet Pla. contra dixerit, vt dictum est. †

a ¶ In simplū. Vbi cōtra cōfitentem datur: nam tūc in simplum: & contra negāntem in duplum, vt hic, & infra eo. §. sed furti. & C. ad l. Aquiliā. l. contra negantem. & ff. de iniur. l. eum qui.

** ¶ Sic Vlpia. l. inde Neratius. §. hæc actio ad l. Aql & Imp. §. studiū ī auth. de trien. & semiss. hoc tñ locū nō habet in minore inficiante. is. n. in hoc restituitur, vt ne dupli pęna teneāt, sed pro confesso habeatur. l. si ex cā. §. nunc. ff. de mino.]

b ¶ Iā traditā. Vt s. ad l. Aqui. in prin. Nam ibi diuidit primū caput legis aquiliæ à tertio capite: ex quo tertio fit cōdēnatio quantū res retro valuit in 30. diebus proximis, vt s. eo. ti. §. capite. versi. ex hoc tñ. Item adiunge actionem, quod metus causa: nā & ipsa mista est, vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione §. 1.

** Adde plures aliàs, quas enumerat glo. in versi. pro pœna. hoc §.]

c ¶ Cōtra eos. Scilicet hędes, vel alios qui legatis vel fideicōmissis grauari possunt, qm̄ honorati sunt pecuniariter, vt s. de sing. re. per fideic. relict. in prin. & ff. de leg. 1. planè. 2 in fi.

** Adde idem esse contra executores vltimarum voluntatum constitutos à testatoribus. Fab. Aret. & Ias hic.]

d ¶ Venerabilib. locis. Quæ multa sūt, & enumerantur in auth. de non alie. §. nos igitur. collat. 2.

e ¶ Distulerint. Scilicet fraudulēter, vel sine iusta cā: aliàs nō puniunt, vt ff. si cer. pet. qđ te. & ff. de vsur. l. sciendū. & ff. de peti. hære. l. illud. Et nota, quē puniri ex ꝓcrastinatione vel dilatione illicita: sic ff. de eden. l. prętor. §. sed & si seruus. in fi. Et est speciale in his legatis: in alijs legatis vel fideicōmissis non pręstatur duplum, sed vsuræ currunt ex mora, vel saltem post contestationē litis, † & fruct⁹ rerū restituunt, vt C. de vsur. & fruct. leg. seu fideicō. l. 1. Itē hæc legata habent in alio priuilegiū, vt si indebitū soluatur, non repetatur. vt s. de obli. quę ex quasi ꝯctu in fi. Quid si primo negauit, postea confiteat? Rñ pōt pœnitere, si eum exoneret actorem a probando, vt ff. de iureiu. eum qui. Arg. contra. ff. de ędil. edict. l. quis sit fugitiuus in prin. Item quid si cōfessus est, & postea negat? Rñ punitur, cū vltima mora noceat, vt ff. de peri. & com. rei vend. l. illud. (1) Itē quid si nō inficietur, sed dicat non valere, vel aliā ꝓponat rōnabilem causam? Rñ. gdā, ꝙ punitur, ne inueniatur via, p quā negantes suā exerceant auaritiā, vt s. vi bon. rapt. §. qa tñ. Alij ꝯ, qđ verum puto, vt j. eo. § sed furti. vers. at illæ. Item nunquid hoc ī legato gñali. & speciali locū hēt? Rñ. sic, sm Io. cū vtrūq; sit legatū, vt s. de fideicom. hęr. §. si & C. de fideicom. l. fi. ī prin. Itē quid si duplū non potest soluere? Rñ. luit in corpore, vt ff. de pœn. l. t. §. generaliter. & C. de ser. fug. quicunque & ff. de in ius voc. l. pen & fi.

ADDIT. (1) Hāc cōclusionē & ꝑcedentē limita, nisi interuenisset iustus error,

† aliàs desunt ista verba, nisi in id qđ excedit.

**

† Sim. gl. supra vi bo. rap. in princ. in ver. furti.

† Cū opi. altius glo. transeunt indistincte doct. hic Ias.

† aliàs q. sque.

Procrastinatio nocet.

† Non est opus litis contestat. sm Ias.

† alias vsque eo.

Legata ecclesiarum sunt priuilegiata.

† Hoc verū, qñ ecclesia vellet vti cōfessione, & per eā ꝓbare legatū: aliàs secus. Nico. Fab. Placen. & Ia.

Corpore punit vitiosus qui caret ęre.

error, quia fortè excusaretur, vt per Ioan.Fabr.hic.

a ¶ In iudicium.Quid si in iudiciũ nõ vocant,sed ali sunt in mora?Rñ.qui-dã adhuc idẽ, vt duplet. † sed hic lex cõtradicit: Itẽ in dubijs pœnæ sunt molliendæ, vt ff. de pœnis. l.interpretatiõe. Sed dicã currere vsuras,& fructus deberi ex mora: & ipsa re. i. sine interpellatione dicam moram cõmitti ad instar minorũ, † quib. legata debentur, vt C. in quib. causis ĩ inreg.resti.nõ est ne. l.in minorũ. Itẽ quid si reipublicæ vel fisco relinquat? Vr idẽ sit qd hic dr, cũ ius diuinũ & publicum simile sit,vt C.de sacrosan.eccl.l.fi.& in auth.de non alie.§.finimus.coll.2. Sed dico , qa pœnæ sunt molliẽdæ, vt diximus,vt ff.de pœnis l.pe. Itẽ qd in redemptione captiuorum? Vr idẽ, quasi sic rei venerabili sit relictũ. Sed certè non extendam. s. id quod dr in hoc § ad hunc casum, cùm sit pœna. Itẽ quid si Deo, vel alicui sancto, vel administratori, † quæ idẽ valent,vt in auth de ec.ti. §.si qs ĩ nomine. coll. 9.& ff.ad l fal.l.j. §.si qs & § ad municipium? Rñ locũ hẽs hic §.quia venerabili loco est relictum, vt ff.de an. leg.l.annua §.à Titia.

† Hoc verũ si negauerint: aliàs requirit vocatio in iudiciũ. Iaſ. **

Est singul. Ista gl. ad hoc ecclesia parantur: de quo latè Iaſ. hic. Respublica & fisc non hñt priuilegiũ ecclesiæ i legatis sibi factis.

† aliàs q.

STL.

** Hanc gl. mirũ in modum extollit Alex. in l. si quis seruo. in addi. 2. ad Barr. C de fur.]

ADDITIO. Nota ex hac gl. in pœnalib. nõ fit extẽsio de similib. ad similia, qñ pœna imponunt habito respectu ad priuilegiũ alicui psonę: ẽt si ipsi casus essent à iure æquiparati, vt pulchrè p la hic, qui allegat duas gl.iuris cano. contrarias vide per eũ.

adeo vt & in iudiciũ vocarentur:tũc. n. & ipsam rẽ vel pecuniã, quę relicta est,dare cõpelluntur:& aliud tñ pro pœna:[b] & iõ in duplum eius fit condemnatio.

¶ Actio familiæ erciscũdę p diuidenda hẽditate, & actio cõi diuidũdo p re particulari,& actio finiũ regũdorũ pro diuidendis fundis, dicũtur actiones mistę, scilicet reales & psonales, vel potius mistã causam habẽt: in quibus iudici licitum est vni partium adiudicare rem,si ęquum sibi videbitur. Are.

¶ Quędam actiones mistã causam

b ¶ Pro pęna Si hęc est rõ vt sit mista, patet cõdictio ex l. illa,si quis in tãtã.sit mista, vt C.vñ vi. si quis in tantam. Itẽ & illa condictio, quæ dat ex l.Constantin:,vt C.finiũ regũ.l.si cõstitẽrit. & om nes il'ę actiones,vbi & res & aliquid pro pęna petitur: quod verum est.

Cõdictio ex lege ẽ sæpe mista.

Quædam actiones.

¶ Diuiditur ĩ tres partes. Primo ponit dictũ generale. Secũdo illud per exempla declarat. Tertio ponit quæ possunt esse partes iudiciales ĩ actis actionib. Secunda ibi, Qualis est. Tertia ibi, In quibus &c. Aretinus.

Diuisio.

c ¶ Quædã actiones. Casu figurari nõ dẽt in § declarante a ps mistas actiones alio respectu:iõ no. ex hoc tex. hic verbũ, vr, importat veritatẽ: quia verè dñr & pprie mistæ, quicquid in si hic dicãt doct.vt declarat hic Zasius.itẽ hæ tres actiones mistę sũt. item actio fam. ercis. datur inter cohẽdes:iõ nisi quis sit hæres, nõ dat hoc iudiciũ, prætẽ in quarta arrogati.l.p familiæ. §.si quarta.ff.e.item actio com.diui.ad quid det, & dat pro cõi re diuidenda, qualitercunq; sit cõis. itẽ ad quid & qñ detur actio fin.regun. itẽ in his tribus iudicijs permissum est(ex causa tñ)iudici tribuere vni totum vel partem, data alteri æstimatione in pecunia.

d ¶ Quædã actiones. Hic adijcitur sm quosdã † tertiũ mẽbrũ illi diuisioni, quam habes ĩ.eo. §. j.vt ibi diximus. ** Adde ** actiones de qd hic agitur,nõ sunt nec meræ reales, nec meræ psonales sed habent nãm mistã,& iõ appellant mistæ,vt declarat gl.hic. At]sunt etiam quædã actiones, quæ

† Et malã Bald.Fab. Auge. & Iaſ.

 sunt

sunt ab origine quidē psonales, quia nascuntur ex cōtractu, vel ex maleficio, vel quasi, sicut cæteræ psonales: sed qa sequunt possessorē rei, sicut i rē actiones, nō simplr psonales, aut i rē, sed psonales i rē scriptę appellatæ fuere, vt est actio ad exhibēdū. non. n. est ex maleficio, nec quasi: nec ex ɔtractu, ergo est ex quasi contractu. s. de obligat.

obtinere videtur, tā in rē q̄ in personā, qualis est familiæ [a] erciscundæ actio, q̄ cōpetit coheredibus de diuidēda hrditate, itē cōi diuidundo, [b] quę inter eos redditur, inter quos aliquid commune [c] est, vt id diuidatur, item [d] finium regundorū actio, qua iter eos agit, qui cōfines [e]

quis ꝓsequi desinat, nō daſ amplius actio. & hęc op. Bart est cōis, de qua vide latè Io. Fran Balbū in Tract. pręscr. col. 129. vers. quæro.]

¶ Itē quæro ex quo nascitur? Rñ. ſm Mat. ex volūtate agētium, vt ff. fam. ercis. l. j. Sed certè immo ex quasi contractu, vt s. de obl. q̄ ex quasi cōtractu. §. item si inter. in fi. Accur.

¶ Substantia tñ actionis nascitur ex voluntate, vt declarat hic Zasius in 6. no.]

quæ ex quasi cōtra. in prin. & sic personalis, qa hēt personā obligatam ex quasi contractu, vt s. hoc ti. §. j. tñ qa datur in rei detentorem, dicitur in rem scripta. l. 3. §. Est autem. vbi glo. maximè notabilis, enumerans id genus actionum. ff. ad exhib.

a ¶ Familiæ erciscundę: actio ista iō sic dr, qa familia pro hrditate pon. f.

SYL. ¶ Adde tex. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. sign. & dixit Cice. in Topi. Proximus agnatus familiā habeto. l. fi. in fi C. de verb. sign.

** ¶ Et erciscundæ. i. diuidendæ, nā ercisco, cis. i. diuido diuidis. q. d. actio diuidēdæ hrditatis. Item ideo dr̄ mixta, † quia in qualibet re mihi adiudicata partem habeo iure meo: & quo ad hoc est i rē: itē partē vice ɔsortis, & vt ab eo, qa portio mea erat sua: & quo ad hoc ē psonalis. Vel iō dr̄ mixta, † qa in ea petuni dñia reū corporaliu nō dari, sed tradi vel assignari ꝓ pte sua: & in hoc dr̄ realis. Itē petuni fructus, si alter tm̄ eos pcepit, vel ipse sol' impēsas fecit: & hæc petuni dari. i. vt fiāt sui cui dant: & p p hoc dr̄ psonalis, vt ff. fam. ercisc. l. itē Labeo. §. familiæ. & s. de oblig. ex quasi ɔtu. §. itē si in ter. & s. e. §. sic itaq;. Sed quanto tpe duratt Rñ. an. 30. inspecto poti' ꝙ sit personalis, vt C. de an. exceptio. l. s.

† Hāc tonē sequit̄ las. supra §. j. col. j. † Istam sequitur Fa. Angel. & Ia. cui adde aliam gl. in l. 1. ff. fin. regund. Actio fa. ercisc. durat ann. 30.

SYL. ¶ Adde ꝙ hęc opi. vera est, sed non ꝙ elapsis 30. an. diuisio peti non possit (nā hoc casu non prohibetur) sed ita demū nata actione, si pet negligentiā

b ¶ Cōi diuidundo. Quæ sunt hic loco psonaliū pstationum; & quæ loco realiū, dic eodem modo vt proximè diximus in actione familię ercisc. & idē in proximo casu. & facit ad hunc §. ff. communi diuid. l. per hoc iudicium. § sicut.

SYL. ¶ Adde tex. expressum in l. si quis putans. §. pen. ff. communi diui.]

c ¶ Aliquid cōe. Scilicet fine societate vel cū societate, vt ff. ꝓ socio. l. qb. & l. si actū. & supra de obligationib. ex quasi contract. §. item si inter.

** Adde multos casus, qbus quis inuitus cogit̄ stare in cōmunione, quos refert glo. in l. fi. C. commu. diu.]

d ¶ Itē finiū regundorū. s. est mixta, vt hic, & ff. fi. reg. l 13 & loci. §. I iudicio.

**. Adde ꝙ in actione fi. regun. venit diuisio fundorū, & ꝙ termini ponantur, vel reponantur. si fuerunt auulsi. l. in finalibus. & l. si irruptione. in princ. ff. eod. item veniunt damna & sumptus. l. 4. § post litem ff. eod.]

e ¶ Confines. Quid si domos hñt con uicinas? Rñ. non habet locū, si hinc inde sint domus, † vt ff. finium reg. l. 4. in fi. † Si autē ex altera parte tantum sit domus, ex altera fundus: tunc locum habet vtile iudicium finiū regundorum, vt ff. finium regundo. l. 2. in prin. Et adiūge his tribus actionib. multis quandā aliā, scilicet hæreditatis petitionem, vt C. de petitione hrd, l. hære-

SYL. † Istā glo. sequuntur Fabr. & Ang. † Dic & l. 2. in prin. e. tit. & est rō, quia in agris faciliter turbantur cōfinia: non sic in vrbanis; iō in rusticis in specie fuit ꝓuisum. Angel.

agros habent. In quibus tribus a iudicijs pmittitur b iudici, rē alicui ex litigatorib⁹ ex bono & equo adiudicare, & c si vnius pars † pregrauari videbit, eū inuicē certa pecunia al-

l. hæreditatis. & ff. de petit. hæred. l. siue bonæ fidei. §. 1. †

S Y L. † Aliàs est l. sed & si lege. §. petitio.

¶ Dic ꝙ est realis, nō mista, vt declarat Ias. in rub. ff. si cer. pe. colū. pen. & in l fin. col. pen. C. de codicil.]

¶ Item quid de omnib. noxalibus actionibus? videt enim ꝙ sint in rem: quia contra quemlibet possidentem servuum dantur, vt j. de noxa. actio. §. omnis autem. Itē quid de actione de tigno iniuncto ed nā & hæc datur contra quēlibet possidentē, vt ff. de tig. iniunct. l. prima, in fine. Item quid de actione Quod metus causa? nā & hæc queinliber possidentē perquirit, vt ff. quod metus causa. l. cum exceptione § sęquens. Item quid de actione in factū, quæ datur ꝯ eū, qui aliquid habet in loco publico positum, vt ff. ne quid in loco publico. l. secunda §. antepen. Item quid de actione in factum, siue interdicto Quod vi aut clam? nam & hæc ꝯ possidentē datur, vt ff. quod vi aut clam l. competit in fi. Item quid de actione Ad exhibendū? nam & illa possidentē persequitur, sicut & cęterę superiores. vnde videntur omnes in rem, vt ff de actio. & oblig. l. actionum genera. Quidam dicūt eas anomalas, idest, nec in rē, nec in personam. Sed dic omnes esse personales, † vt patet in actione Ad exhibendum, vt ff. ad exhiben l. 3. §. est autem personalis hæc actio.

† In rem scriptas Angel. & Ias. S Y L.

¶ Adde, ꝙ sunt personales in rē scriptæ, vt latè declarat Ias. in rub. ff. si cer. pet colum. 11.]

a ¶ Tribus. l fam. ercisc. communi diui. finium regundorum.

b ¶ Permittitur. à lege Accur.

c ¶ Adiudicare. Et quod adiudicatur, statim fit eius, cui adiudicatur, vt j. de offi. iud. §. fin.

* * Hoc verbum propriè pertinet ad ista iudicia diuisoria, glo. in l. sed si res. de publ.]

¶ Omnes autem. ¶ Hic ponitur quarta diuisio actionum, vt dicitur in glo. quia quædā dantur ad simplum, quædam ad duplū, & triplum & quadruplum. Et diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum generale. Secundo illud per multa exempla in qualibet mēbro declarat. Tertio ponit aliquas differentias inter ista exempla. Secunda. ibi, In simplum agitur. Tertia ibi, Sed furti quidem. Aretinus.

* † Pulcherrima sane metaphora, sumpta a libra, q ad æqualitatē rūdere dēt. S Y L.

¶ Omnes autem actiones. Casus in §. aliam subdiuisionē ponente non est nisi literaliter figurandus: sed solum loco dubitationis dici pōt, ꝙ positio huius §. sit superflua: quæ. n. ponuntur in hoc §. posita iam & declarata erant s. in §. sequens. sed respon. vltra docto. ꝙ ibi declaratus est finis actionum, idest, quòd quædam rei, quædam pœnæ persequendæ causa proditæ sunt, quædā mistæ: sed hic tractatur inquantum se extendāt actiones: & quia adduntur aliqua, non est quare hic §. dicatur superfluus. Nota igitur primo diuisionem hanc actionum, vel potius subdiuisionem. Item ꝙ nulla actio extēditur vltra quadruplum, & ponderando vniuersalem illā negatiuam, pōtest comprehendi etiam actio prouenienes ex partiū cōuentione: vt scilicet non possit etiam pœna conuentionalis quadruplū excedere. Item ꝙ agere in simplum, & rē persequi, pro eodem supponunt, Item ꝙ simplum non est pœna, licet numeret inter pœnales actiones dupli, tripli, & quadrupli. Item ꝙ actio serui corrupti datur ad duplū damni cuiuscunq; & vñcunque prouenientis facti domino. l. in hoc iudicium. ff. de seruo corrup. Item no. ꝙ sufficit, ꝙ seruus factus sit deterior, & sic comparatiuè ad priorem statum, etiā ꝙ prius esset malus, & ꝙ aliàs fuisset idem facturus: q a non hoc contēplatur, sed an sit suo consilio, & hortatu factus deterior. Item quòd hæc actio

non

teri condemnare.

¶ Quarta diuisio actionū. Nulla actio extēditur extra quadruplū: & in simplū agitur regulariter ex oī cōtractu: in duplū verò ex furto nō manifesto. & ex lege Aquilia, & ex seruo corrupto, & ex deposito ī quatuor casibus, & ex legato facto venerabili loco: in triplū verò quoties agit in pl' debito, vt aduersarius maiorib' sportulis ab executore prægrauet: in quadruplū verò furti manifesti, & quod metus causa. h. d. Aretinus.

¶ Omnes autem [a] actiones vel ī simplum conceptæ sunt, vel in duplū, vel in triplum, vel in quadruplum: vlterius [b] autem nulla actio extenditur. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, & mutui donatione, ex empto, vendito, locato, conducto, mādato, & deniq; ex alijs quamplurimis causis.

non datur nisi in seruo corrupto, nō autem in libero homine: quod intelligitur de actione directa: secus de vtili ex æquitate l. tantum. § primo ff. eodem. Itē nota, quòd quis tenetur de consilio, ex quo consilium cadit in delictum] ligo, quando pœnalis est actio ex vtraque parte. Itē cōtra in eo, qui manumisit seruum alienum in præsentia principis: nā duo mancipia domino, & tria similia dat fisco: & ita in quintuplum damnatur, vt C. de ijs q à nō domino ma. l fin. Item cōtra in eo, qđ dicit lex: si dedi tibi pecuniam, ne mihi calumniā faceres, & ab alio accepisti, vt calumniā faceres mihi, in octuplum mihi teneris, vt ff. de calumniato l. & generaliter. §. fin. Sed certè primo casu præstatur pœna diuersis, non vni: nec est ibi aliqua pstatio vltra quadruplum. in secūdo aūt casu non vna actione habeo octuplum, sed duabus. Item contra in eo, quod dicitur: si dedisti pecuniam, ne mihi fieret calumnia: nam tu repetis quod dedisti, & ego in quadruplum prosequor, vt ff. de calum. si quis ab alio. in princip. Sed certè duobus fit præstatio, & neutri vltra quadruplum. Item contra in eo, quod dicit lex, seruū in seruiturē reuocari occasione leuis offensæ: & ita pœna in immēsum excedit. vt C. de libe & eorū li. si manumissus. Sed dic, q illa est accusatio, non actio. Vel dic, quòd non præstatur pœna habito respectu ad rem. Item contra in eo, qui surripuit seruū fiscalem: nā damnatur in 12. lib. argenti, & seruo restituendo, vt C de ser. fugit. l. si quis seruum. Sed ibi non fit relatio ad ipsam

a ¶ Omnes autem. Hæc est quarta diuisio, quæ fit in hoc titulo.

SYL. ¶ Hæc glos. cōmunis est, quāuis Ioan. de Eremo. in arbore ponat hic quintam diuisionem, & Azo præsupponat hic nullam poni diuisionem, tanquam hic §. pendeat a §. sequens. supra eodem. qualibet opinio, potest sustineri]

b ¶. Vlterius, Scilicet vltra quadruplum. Sed cōtra ī lege Aquilia, vbi occasione vilis serui interfecti agitur ad vnā hæreditatem perditam, quē valet cētum marcas, † vt supra ad. l. Aquiliam §. illud. Item contra de eo, qui vilem clauū de naue abstulit, quare tota nauis perijt: nam ad totum damnū tenetur: qđ etiā quadruplū & vltra excedit, vt ff de incend. rui. nau l 3. § senatus cons. Itē aliud cōtra. in actione ex empto, vbi occasione pecoris morbo si totus meus grex cōtaminatus est: vel occasione tigni vitiosi tota dom' corruit, vt ff de act. empti l. Iulianus. in prin. Sed certè his tribus contrarijs non agitur ad aliquid, quod sit pœna inspecta persona agentis, † sed totum est suum interesse: nā hunc §. intel-

† Octo vnciæ faciūt marcam. Ias.

† Istā sequuntur Dyn. N [illegible]. Fa. Ang & Ias.

Libertas tollit per leuem offensam.

† Idē Nl. Fa. & Angel. dicit tñ Ias. ꝙ precedens solutio est verior ēt ad istud contrariū.

ipsam rem vel ad simplum Est enim hic §. intelligendus, † quando actio est pœnalis, & in pęna ad ipsam rem habetur respectus Item contra supra de inutil. stipul. §. alteri. Nā ibi nō inspicitur quāta sit pœna, sed tota exigitur. Sed ibi no habetur respect⁹ ad ipsam rem. Vel dic aliud in pœna conuentionali, vt ibi, quam in legali, vt h.c. Item contra in eo quod dicitur, cùm quis emit administrationem. Nā qui accepit pecuniam ab electo, quadruplum reddet, & sua bona confiscantur, & cingulo priuatur, vt in authē. vt iud sine quoquo suff. §. sic igitur. in fi. colum. secunda. Sed illud fit per accusationem, non per actionem.

SYL. ¶ Dicatis breuiter, quòd regula est, quòd supra quadruplum pœna. l. non extenditur. Primo fallit in l. Aquilia, in qua estimatio potest excedere quadruplum: & ratio fuit, vt compescerentur homines: & retraherentur ab occidendis hominibus. Secundo, in auferente clauum nauis quo regebatur: & in auferente dolo malo quid ex naufragio: quorum ratio est priuilegium naufragis concessum propter frequentiā raptorum. Tertio, in vendit one tigni vitiosi, aut pecoris morbosi: cuius ratio est; qa cōtractus est bonæ fidei. Quarto in l. fi. C. de ijs qui a non do. cuius ratio est: quia pœnæ ille debentur diuersis personis. Quia quando plures actiones ex eodē crimine oriuntur in diuersis personis, vna non tollit aliam. § pcitur. s. de iniur. Quinto, in calumniatoribus: ad reprimendā eorum audaciam, qa tūc consequitur octuplum. l. & generaliter. §. fi. ff. de calum. sed hoc ideo est, quia super eodē delicto oriuntur mihi duę actiones, quę proueniunt ex diuersa radice. Sexto, quādo sumus in re inęstimabili: puta in reuocatione serui in seruitutē: nam tunc non habetur respectus ad rē, sed ad nescio quam tac tam conditionem ex l. sumptā, quę censetur esse in manumissionib⁹ resolutiua libertatis. Septimo quādo per viā solennis accusationis pęna imponitur: vt in ementibus administrationes. Octauo potes addere, vbicunque iuretur in litem: quia cum iuretur aliquando ex affectione, potest quadruplum excedere: licet iudex debeat moderari. l. in actionibus. ff. de in litem iur.]

¶ Quinq; actiones hic positę dātur ad duplum. hoc dicit Aret.

¶ In duplum agimus, veluti furti nec manifesti,[a] dāni iniurię ex lege Aquilia,[b] depositi ex qbusdā causis:[c] itē serui corrupti, q̄ cōpetit in eū, cuius hortatu consiliove seru⁹ alien⁹ fugerit, aut cōtumax aduers⁹ dn̄m factus ē, aut luxuriosē viuere cępe rit, aut dnīq; quolibet mō deterior factus sit.[d] In qua actione earū ēt rerum, quas fugiendo seruus abstule-

a ¶ In duplum Furti nec manifesti. vt s. de obligatio. quæ ex delicto nascuntur. §. pœna.

b ¶ Ex lege Aquilia. puta p inficiationem, vt j. eo. §. sed furti versa. ille. †

c ¶ Ex quibusdā causis. Veluti quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij causa depositum est, vt supra eod. §. rei persequendæ.

d ¶ Deterior factus sit. s. in mente: nā si in corpore locum habet lex Aqlia. vt s. ad l. Aquil. in pn. & hoc siue fiat de bono malus, siue de malo deterior. vt ff de ser. cor l. prima. §. persuadere. vsque in fi. & l. seq.

ADDITIO Not. differentiam inter istam actionē, serui corrupti, & actionem legis Aquilię pro seruo, qa hęc cōpetit, quoties in moribus seruus est deterioratus: sed lex aquilia habet locum quando mores non mutantur, sed corpus lęditur, vt ibi Ang.

* ¶ Verba edicti Prætoris de seruo corrupto refert Vlpian. l. prima, cod. titulo.]

* † Et i. §. ex maleficijs.

Acti-

a ¶ Aestimatio deducitur. Vt omne cũ ipsa re dãnũ duplex: (i) siue pueneriit res quam secũ seruus portauerat ad ipsum sollicitatorẽ, siue ad aliũ vt ff de seruo cor. l. i. hoc iudiciũ. Sed nunquid iure actionis fit hęc aestimatio, vel iudicis officio? Resp. fit iudicis officio, sm Ir. ita fit ĩ actione. Quod metus cã. ff. qd met. causa l. si cũ exceptiõe. §. 1. & §. quadruplatur. ¶ Glo. cõmuniter damnatur, φ immo totũ ueniat iure actionis nec exemplũ ac. quod met. causa obstat, q a ibi est locus purgationi, quod non est in actione serui corrupti.]

rit, ęstimatio deducit.a Itẽ ex legato qd uenerabilibus locis relictum est secũdum ea quæ supra diximus.b

¶ Actor petens p dolũ ĩ libello maiorem quãtitatem q̃ debeat, vt reum maioribus grauet expensis, tenetur ĩ triplo eius damni, quod reus passus est: in quo triplo continet̃ simplum ꝓ damno. Angelus Aret.

¶ Tripli uero agimus, † cũ quidam c maiorẽ † uera æstimatione quantitatẽ in libello d conuentionis inserũt vt ex hac causa viatores, idest, executores litiũ, ampliorem summã

SYL. ¶ Sed pro filio corrupto vel pro filia qualiter agitũ? Rñ. habet utilem hanc actionem, ut ff. de ser. cor. l. ur im. §. 1. unde dicũt, φ ueniet interesse patris consistens in operis filij, q a non vult operari: & cũ sit corrupt'. aliud, q̃ opera, non põt æstimari, quia liberum corpus non recipit æstimationẽ, ut ff. de his q deie uel effu. l fi. hẽt enim utilẽ actionem acsi esset in bonis: & erit iu eam. s. summã, quam ipse æstimauerit suo iureiurando, vt de actione iniuriarũ di, ut s. de iniurijs. §. pœna. & ff de iniur. l. constõnibus.

† Sequuntur hanc glo. Nic. Fa. Ang. & Ias. & idẽ ĩ puano pro uxore, secũdũ eosdem.

SYL. ¶ De hoc est casus in l ut tantum. §. 1 ff. de seruo cor.]

¶ Vel dic, φ primo ęstimat iudex sũmam, ad quã compeẽtit, ut argu. ff. de custo. reorum. l. si quis reum.

ADDITIO. (i Scilicet tũc illatũ & ęstimatum. secus in eo qd postea sequitur qd facit, ut ille qui deflorauit virginẽ, & persuasit alicui ut semel adhuc malu faceret, non teneat de fornicationib' cũ alijs uiris, vel cæteris malis postea commissis, ut per Io. Fa. & Angel. hic.

b ¶ Diximus s. e. §. ex maleficijs. ver. item mista.

¶ Tripli vero. Casus Cũ tex. exẽplũ vnicũ ponat, in quo pœna tripli sibi locum vẽdicat non ex rõne aliqua, sed qa ita legislatori placuit qui aliquid taxare debebat lo co & noĩe pœ nę, necmagis ad triplum q̃ ad simplum astringebat, non est q̃renda aliter ratio dubitãdi aut decidendi in ijs, q̃ positiui sunt iuris, pręsertim cũ simus in tex. correcto per cõsuetudinẽ, vt dicunt hi c doct. qa hodie nuncijs dantur salaria uel ex publico, uel pro distãtia itineris. No. qd dr in tex. itẽ φ olim actiones ꝓponebant in scriptis, & ex hoc dicebantur libelli. itẽ no. libellũ iudicialẽ dici conuẽtionalẽ: quod ẽ nouum, & ꝓ tex in l. in conuentionalibus. ff. de uerbo. oblig.]

SYL. † Intellectũ huius §. exponit ꝑter cæteros. Alc. lib. Dispun. 3 c. 21. † alias vere ęstima tionis.

c ¶ Tripli Cũ quidam. s. actores.

d ¶ In libello. Hic not. duo. Primo, φ libellus est faciendus in causa: quod ẽ uerũ iure nouo, ut hic, & C de Episco. & cle auth. generaliter. & C. de liti ꝯtest. auth offeraẽ nisi in quatuor casibus, quos no in authen. de mandã. prin §. si tibi colla. 3.

SYL. ¶ Vide gl. ad quã sp recurritur i uerbo libellum. in §. sancimus in auth. de exhib. reis, in c. fi. de te iud lib. 6. Spec. in tit de lib. concep. §. nũc videndũ ubi enumerat 46 casus, in quib. non requiritur libellus.]

¶ Aliud est iure uete: i. nam tunc nõ fiebat nisi ex uoluntate. ut ff. de edẽ. l. prima, nisi in casu, ut C. de dignit. quoties lib 12.

† In cã ciuili, sec' in crimi nali. Fab. Pla. Ang. & Ias.

Add.

SYL. ¶ Adde, quod glo. uera est præterquam in criminalibus: nam etiam iure ueteri fiebant libelli de necessitate. l. libellorum. ff. de accusat.

¶ Itẽ secundo no. quod quantitas certa est in libello

** cõprehendẽda, uel res: & ita etiã in personali actione dẽt actor certificare re

sportularũ a noĩe exigerent. Tunc enim id, † qđ propter eorũ causam

† sim. tex. in §. sed hæc qdẽ infra eo.

um, ut hic, & in auth. de litis. § ad excludendas. coll. 8. & ff. de rei uendi. si in rẽ. §. & si uestimenta. † Tertio no. quod sportulæ, uel salaria, q dabant exe cutoribus. i. nuncijs, q faciunt hoĩes repræsentari, & alias qui faciunt huiusmodi citationes pro suis officijs, dabantur ſm q̃titatem petitam, ut hic dicit. Sed hodie magis ſm cõsuetudinem † uel longitudinẽ itineris, ut C. de Epis. & cle. auth. sed hodie. Et dicas, qđ hic dr, ex hac cã, eẽ causatiuẽ nõ consecutiue dictũ. ** Vult dicere gl. quod hic § procedit, cũ quis dolose petijt maiorẽ summã, ut red maioribus sportulis grauaret: non eum sine dolo. sed tñ nõ ideo minus hoc ipsum damnũ passus est. & hanc gl. magis sequuntur Doc.] Sed istę sportulę, q iu dicib. dabant, certæ sunt, nec crescũt, licet q̃titas petita sit magna, nec decrescũt licet sit parua, † ut in auth. de iudi. §. ne aũt. coll. 6. Itẽ not. quod reus soluebat hmõi sportulas, ut hic, & C. de Episcop. & cler. auth. gñaliter. sed actor ei restituebat, nisi iusta cã eum uocasset, ut ff. de iudicijs eum quẽ temere. Itẽ not. adhuc quod hmõi sportulæ quibusdam prorsus remittũtur, ut pauperibus, ut in auth. de manda. prin. §. oportet. coll. 3. à quibusdam pauciores exigebãtur, ut a clericis, ut C. de Epis. & cler. cũ clericis. & auth. ibi posita. sed hodie. Alijs aũt per priuilegiũ principijs uiuẽtis remittũtur in totũ, uel pro parte. ut C. de fruc. & li. expẽ. l. fi. Sed q̃ro si hæ personæ, quæ hñt priuilegiũ. i. de non soluendo sportulas, sportulas soluant, an habeant actionem in triplum? Dicunt quidam, quod sic, ne fauor noceat eis,

† Istã secũdam partẽ sequũtur Ang. & Ias.

† Idẽ Iac. licet Fab. & Ange. dicant quod est de iure.

† Dũmodo excedat summam cẽtũ aureorum. Fa. Plac. Angel. & Ia.

ut C. de le. & consiliõ. quod fauore. Alij dicunt, quod non, quasi suo iuri, & priuilegio tacitẽ renunciauerint, cũ uolentes soluerũt: quod possunt, vt C. de pac. l. si quis in conscribendo.

dãnũ passus fuerit reus, b in triplũ ab actore cõsequatur: c ut in hoc tri-

quod neutis est. † Si autem inuiti exacti sunt, in quadruplum cõtra exactorẽ, uel executorem agitur, ut ĩ. eo. §. quadrupli. Sed cum hodie caueatur de duplo restituendo, ut in auth. de executo. §. 1. collat. 7. uidetur corrigi, quod hic dicitur. Vnde hodie nulla est actio in triplum: quod uerum puto. Sed alij dicunt: si cautio est omissa, habet locum quod hic dicitur. alias habet locum auth. prædicta.

† Idẽ Ias. quicquid dicãt Placẽ. & Angel.

Actio nulla hodie datur in triplum.

ADDITIO. Hec cõmuniter reprehẽditur, quia ille §. 1. in auth. de executo. & auth. libellũ. C. de li. contest. loquũtur in diuersis ũr. a tex. nostro. uide hic per dominum Ias.

a ¶ Sportularum. Ideo sic dicũtur, q a in sportulis quibusdã oblationes huiusmodi ponebant. Est autem genus uasis sportula, uel sporta.

* ¶ Aliter interpretatur Alcia. lib. 3. Dispunct. c. 17.]

SYL.

* ¶ Illud quoq; cognitu dignum est, quod idẽ Alcia. scribit in l. pecuniæ. de uer. sign. olim in iudicij. lite ipsa contestata, moris fuisse deponi ĩ ędẽ sacra sportulã, ĩ qua pecunia erat, q̃ qui uicisset, lucrabatur: q a deinde cœptum est ex hmõi ære iudicibus honoraria persolui, sportulas iudiciũ inde nomen traxisse.]

b ¶ Reus. aliæ sportulæ, q̃ iudicibus præstabant, ab utroq; præstabantur, ut in auth. † ut iudi. sine quoquo suffra. §. uolumus. coll. 2. itẽ stæ sportulæ q̃ dabant executoribus, dabant añ litem præstaitã. i. porrecto libello: illę aliæ in contestatione cãæ; dabantur iudicibus, ut in auth. de exib. reis. §. sancimus. coll. 5. & de iudi. §. ne autẽ circa hoc labor. collat. 6.

† Melius probat in §. ne aũt. ĩ auth. de iud.

† Quo ad medietatem, alia medietas in fi. capitę Ange & Ias.

c ¶ Consequet. Condictione ex hac lege græca, ut subijcit: q̃ erat in alio Codice,

Codice, non autem est in eo, quē habemus. Et patitur actor hāc pœnam tripli, siue sine dolo siue cū dolo inseruit, & sic causatiuè, uel ꝓsecutiuè d † Sed nonne ēt cām amittit, ut C. de plus peti. l. 1. Sed certe ibi plus delinquit: q a † certamine nego cij cautionē de petitis exegit: unde gra uius punitur, ut argu. ff. de offi. presi. diuus.

† Hæc gl. dicit eon trariū ei quod * §. dixerat, & iō reprobat.

† aliàs nō est certū.

a Codice. quem nō habemus.

b Ex lege ꝯ dictitia. Lex quædā erat, quæ condicti tia uocabat, & sub se quas dā cōstitutiones habebat, ut hic, & infra eodem §. proxi. uers. item ex lege condictitia. Accur.

plo ēt simplum, in quo damnum passus est connumeretur. Quod nostra constō introduxit, quæ in nr̃o Codice a fulget, quam proculdubio † certum est ex lege condictitia b emanare.

¶ Iste §. summatus est cum §. omnes autem, tamen ī specie dicit hoc: Quatuor actiones hic positæ dantur ad quadruplum. Angelus.

¶ Quadrupli autem agitur, uelu ti furti c manifesti: item de eo, qđ metus d causa factum sit, deq; ea e pecunia, quæ in hoc data sit, ut is, cui datur, calumniæ causa negociū f alicui faceret uel non faceret. Item ex lege cōdictitia g nostra ꝯstitutio h orit, ī quadruplū i condemnationē imponēs ijs executorib. litium, qui contra

solutis duplū uenit, ita demū si debitor negauerit: & sic venit ex accidēti. Item ꝙ citationes debēt fieri iustu magistratuum, & sic de cōmissione.

c Furti. Facit. ī. de oblig q̄ ex delic. nascun. §. pœna. Accur.

d Quod metus. l. actio, q̄ ex contumacia fit in quadruplum, ut ī. eo. §. item actio. & usq; ad annum tā tum: post annum in simplum, ut. ff. qđ met. cā. l. cū exceptione. §. 1.

e De q; ea pecunia. Scilicet actio in factum de calumniatorib. annalis ī quadruplum, & ꝑpetua ī simplum: vt ff. de calum. l. 1. in prin. & §. 1. q̄ locū habet, si do alicui aliqd, vt calumniose † aliquē vexet. datur n. actio in factum ei, ob cuius malū data fuit, non autem danti. Itē danti, qñ dedit, vt sibi negocium per calumniam non fieret, vt hic, & ff. de calum. l. 1. & l. generaliter. §. fi.

Actio in factū de calumniatoribus.

† In iudicio: sec⁹ si extra iudicium. Fab. licet la. cōtra.

f Negocium. i. malum.

* Adde, vt q̄s hac actione teneatur, satis esse, illum pecuniā accepisse calumnię causa, tametsi nulla postea se quatur calumnia. l. 3. §. 1. ff. e. Verum autem totum quadruplum sit pœna, an ī eo insit simplum, dic vt notatur p Acc. in l. in hæredem. §. vlt. ff. eod.

g Lege condictitia. De qua dic, vt supra eo. §. tripli. in fi. §. dixīmus.

h Constō. Quam non habemus.

i In quadruplū. Cui⁹ quadrupli iure nouo triplum † fisco, simplum dānū passo datur, vt in auth. vt liti. iur. in exor. lit. §. & hoc quoque. coll. 9.

† Immo totū applicaē pti. Angel. & las. licet Fab. ꝯ. & peri.

§. X I. ¶ Quadrupli. Casum nō expedit figurare in declaratione terminorū ꝑ sequentem declaratorū in §. sequens. & ī §. ex maleficijs. In §. n. nostro nihil aliud supeest declarandū nisi ea, q̄ concernunt nām actionis, qđ met. cā. & condictionis ex l ꝯ executores plus debito exigentes. Not. primo, ꝙ pœna furti manifesti est quadruplū. Item ꝙ eadē pęna tenetur metū inferens. Item calūniatores, & delatores, qui pecunia accepta aliquē desersunt, vel accusant. Itē ꝙ cōtra executores magistratuū, q plus statuto sibi ꝑtio exigūt, agit † done ex l. ad quadruplū. Itē ꝙ pœna furti, nec manifesti, serui corrupti. l. Aquiliæ, legatorū piorū nō solutorū, est dupli: sed i hoc differūt, q a in furto nō manifesto, & seruo corrupto ab ipso pricipio pęna est duplum l. Aqlia, & legatis pijs nō

& petitur p condictionē ex hac lege, quam non habemus: cũ non sit cautum quo genere actionis agamus, † ut ff. de cond. ex lege l. 1.

a ¶ Costitutionis. Prædictæ, quā non habemus.

lo actio, & depositi, ut ff. de dolo. l. 1. §. 1. alias non est de dolo. & tunc plana est litera.

f ¶ Duplicantur. Scilicet si legitimis probationibus non iureiurando conuincantur, ut C. de l. Aquilia l. contra. & ff. de iureiuran. l. eum qui.

ADDITIO. Et sic probatio per iuramentum non censetur legitima. Adde aliā glossam ĩ l. cũ deinde bito. in principio, in uerbo, legitimis. ff. de probat. Iason.

† Istā g'o. sequũtur cõiter doctores.

† aliās quo usq;.

nostrę cóstitutionis [a] nostrā [b] à reis [c] quicquam exegerint.

¶ Differũt inter se actiones, quę danť ad duplum. Ange.

¶ Sed furti quidē nec manifesti actio & serui corrupti, a cęteris, de quibus simul locuti sum[d], eo differunt, ꝙ hę actiones oĩmodo[d] dupli sunt: at illę, idest, damni iniurię, ex lege Aqlia, & interdū depositi,[e] inficiatione duplicant̃:[f] in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa, [g] q̃ de ijs competit, quę relicta uenerabilib. locis sunt, nō solum inficiatione[h] duplicatur, sed etiam si distulerit relicti solutionem† usquequo iussu magistratuũ nostrorũ cõueniatur, in confitentē uerò, & anteq̃ iussu magistratuũ conueniatur, soluētem, simpli redditur.

¶ Differũt inter se actiones, quę danť ad quadruplum. Angelus.

¶ Item actio de eo, quod metus causa factum sit, a cęteris, de quibus simul [i] locuti sumus, eo differt, ꝙ ei[9] natura tacite continet, ut q iudicis iussu ipsā rē actori restituat [k]

b ¶ Normam. idest formā. Certa.n. erat. forma ĩ pstōne, quam nō habemus.

c ¶ A reis. i. conuentis.

d ¶ Sed furti. Omnimodo. De actiõe furti constat, ꝙ semper est in duplum, ut hic, & supra de oblig. quæ ex delicto nascun. §. pęna autem. item de actiõe serui corrupti, nisi in casu, vt quando marito in uxorē datur, & ecõtra, ut hic, & ff. de ser. corru l. doli uerbum. §. hæc act. & l. si. Vel dic omnimodo. i. siue neget, siue non: non autem ĩ omni persona.

ADDITIO. Quid importet dictio, oĩmodo, tradit per Barto. in l. si cum exceptione. §. quatenus. ff. qd met. cau. & in .l. Græcæ. §. illud. ff. de fideiuss. Ac ēt importat perpetuitatem actus, ut not. glo prima. & ibi Pet. de Ancha. in clemen. prima. de uita & hone. cleri. Angelus.]

e ¶ Depositi. Aliàs est in litera. de dolo depositi. & tũc dic actionem depositi propter dolũ: nam utraq; non potest habere locũ simul: scilicet de do-

g ¶ Sed illa. Scilicet actio ex testamento. Et construe: sed illa actio, scilicet ex testamento, quæ scilicet actio cõpetit de ijs, quæ sunt relicta uenerabilibus locis, duplicat non solum &c.

h ¶ Inficiatione. Bene dicit inficiatione, quia si confitentur, non tenent: uel si iusiurandum detulerit actori, quia exonerat eum à probatione. ff. de iureiur. eum qui.

i ¶ Item actio Simul. Caute ponit illud, simul. i. una cũ eis, de qbus alias dixit ut s. eod. §. quadrupli.

K ¶ Restituat. Vsq; ad diffinitiuā sententiā † q̃ intellige de lcā sñia. Nā in actione Qd met9 causa. duæ ferũtur sentētiæ. Prima de restituēda re, alia de dando quadruplo, re computanda

† Dic, ꝙ nõ est necessaria nisi una sententia, quāuis duæ possint fieri. Angel.

tanda in eo, ut ff quod metus cau. si cum exceptione. § hæc autem.

SYL. ¶Adde, q̃ potest fieri cōdēnatio in una tm̃ sententia hoc modo: Condemno te ad restituendam rē p me-tum habitā: & si infra certum tempus non restitueris, condemno te ad quadruplum. secundum Bar. ĩ d. §. hæc autem.]

¶Sed nūqd utraq; est definitiua? Dic q̃ sic, quia utraq; definit

absoluatur: a qđ in cæteris b casib. nõ est ita, sed omnimodo quisq; in quadruplum condemnatur: qđ est & in furti manifesti actione.

¶ Quinta diuisio actionum: Omnes

controuersiam, ut ff. de re iu. l. j. Alij esse dicunt admonitionem quandā primam sniam, ut in auth. de hęred. & fa c. §. si quis autem non. coll. 1. & excep. q̃ per primam sniam admonetur, & tandiu expectatur qui metum intulit. ideo dicitur hæc actio arbitraria, ut j. eod. §. præterea.

SYL. ¶Adde, q̃ dr̃ definitiua, quia definit negocium: sed alio respū potest potius dici executio primæ sniæ, quàm noua sententia diffinitiua, ſm Bar. in l. Titia. col. 2. ff. de accu.

a ¶Absoluatur. Scilicet a præstatione quadrupli.

b ¶In cæteris casibus. Qui numerantur supra eodem §. quadrupli. Accursius.

¶ Actionum. Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit regulam generalem. Secundò in specie ponit, quę sunt actiones bo. fi. Tertiò, q̃ licet olim esset dubitatio, tamen hodie clarum est, q̃ petitio hæreditatis est bo. fi. Secunda ibi, Bonæ fidei. Tertia ibi, Quamuis. Aret.

SYL. ¶ Actionum aũt quædam sunt bonæ fidei. Casum non expedit figurare nisi literaliter, qa Imperator stat tm̃ in declarando quæ sint actiones bonæ fidei. & dū posset dubitari, quare Impe. appellauerit stricti iuris, & nō malæ fidei, diuidēdo ab oppositis, q̃

aliæ sint bonæ fidei, aliæ malæ fidei; uel q̃dam largioris iuris, q̃dā stricti, poterimus ex cōi aliorum sententia respondere, quod hic liber directus est iuuenibus, in quo Imper. non considerat naturā uerborū, sed effectum tantum. Et dum similiter dubitari posset, quare hæ magis sint bonæ fidei, quàm aliæ, non potestis aliter rectius respondere q̃ quia ita legislatori placuit, ut declarat hic Ias.

actiones exceptis ijs, q̃ hic ĩ textu & gl. numerant, sunt stricti iuris. Areti.

¶ Actionum c autem quædam bonæ fidei sunt, quędam stricti † iuris. Bonæ fidei d sunt hę, ex empto, uē-

No. ergo ex hoc tex. primo, q̃ actiones hic enumeratæ sunt bonæ fidei: & actiones, q̃ non continentur in hoc tex. & in eo nō numerantur, non sunt bo. fidei: & q̃ ualet hoc argumentum, actio non enumeratur in §. nostro, ergo non est bo. fidei: quod intellige non solū in actionibus directis, sed ēt in ɔ̃rijs: quia ipsæ etiam sunt bo fidei. Item no. sigillatim singulas actiones hic enumeratas esse bo. fidei. Item quòd hodie petitio hæreditatis, sublata antiqua dubitatione, est bo. fidei.

c ¶Actionū. Hæc est quinta diuisio actionū. Sed quare actionum, dicit, & non ɔ̃ctuū? Rñ. quia generalius & plenius loquitur dicendo, actionum quàm contractuum.

d ¶Bonæ fidei sunt hæ † Scilicet 17. actiones, q̃ numerant in hoc §. & sequen bonæ fidei sunt: aliæ aũt omnes sunt stricti iuris. Nā quamcunq; hic non inuenimā, stricti iuris eam iudicabo: †quia posito uno de contrarijs, & omnia alia intelligenda sunt, ut s̃ de ijs qui sui uel alie iur. sunt. in pr in. uer. uideamus.

¶Adde hoc falsum in actionibus ɔ̃rijs: quamuis possit dici satis comprehendi, cùm non specificat magis de directis q̃ de contrarijs. * Et sciendū est, q̃ quæcunq; actiones ex cōtractu prin-

† Verum hêat locū iste text. ſm ius canonicū uide Ias. in l. cū postea q̃ in 2. no. C. de pac. & in l. & si post. in ulti. colū. ff. si quis caut.

† Similis gl. in c. cū uenerabilis. ĩ uerl. bonæ fidei. de excep.

† Glossa procedit ĩ directis actionib. ſi in contrarijs bon. SYL. fide. ſm lo. Fab. & Ange. hic.

principijs oriunt, bonæ fidei sunt, licet aliàs stricti iuris sint, Dec. i c. j. (2. lec. de consti. & in c. 1. col 8 de prob.

Sed quare magis hæ dñr bo. fidei q̃ aliæ? nunqd iō, quia possit esse mala fides in a lijs? Rñ. non, dito, locato, cōducto, negociorū gesta in omni pctu debet bona fides interuenire, ut C. de acti. & obl l. bona fidem. immo si interueniat dolus in cōtractu bonæfidei, q̃ det cām cōtractui, ñ ualet ipso iur. vt ff. de do l & elegāter. in princ. Sed in cōtractu stricti iuris purgat p actionem, uel per exceptionem doli, ut C. de inuti. stip. dolo. Si uerò incidit ī cōtractum bonæ fidei, purgatur per actionē ex eo contractu, ut ff. de act. emp. & uen. l. Iulianus. §. si uenditor. sed in stricti iuris, de dolo agitur, uel excipitur, ut dictum est, ut ff de dolo & e eganter §. non solum. & ff. de uerb obl. l. si quis cum alter. †

SYL. † Sed si cōtractus sit duplex, puta quia ī contractu bo. fidei intercessit stiplō, tūc dolus dās cām ptractui annullat ipso iure, ut p Bal. in d. l. dolo.

Hæc opi cō. s est, quamuis contrarium tenuerint ultramontani.]

Cū ergo dolus ubique puniat, uel mala fides, ad qd bonæfidei istæ dñr? Rñ aliæ stricti iuris dñr, quia non ueniunt in eis nisi quod strictè exigit natura actionis. Vnde nōn ueniunt usuræ ex mora ī ptractibus stricti iuris, ut ff de neg. gest. l. qa tantundē. & C. de usu. l. 3 & de cond. indeb. l 1. sed in cōtractibus bonæfidei sic, ut ff. de act. emp l. Iulianus §. ex uendito. & ff. de usu. mora. §. in bonæfidei.

